put primum est quod de principiis quæ diximus , Enunciati-
uæ differit orationis. Quæ tria deinceps sequuntur,Propositio
nes postea nobis ipsas tradunt.Verum quoniam Propositio-
nes ex uocibus solis aliæ simplicibus duabus efficiuntur con-
textis,una subiecta , prædicata altera, ceu cum dico Socrates
ambulat (hic enim Subiectus terminus dicitur Socrates: am- P
bulat Prædicatus : quoniam in Prædicatiua omni oratio-
ne aliud est id de quo sermo habetur : aliud quod de illo di-
citur . Ac uocatur Subiectum id quidem de quo fit sermo:
quale hoc in exemplo est Socrates: quasi de se prædicationes
accipiat.quod autem de eo fertur, quale est hoc loco uerbum
ambulat . Prædicatum:ut qđ de illo prædicet̄ celebreturq;.)
Quandoquidem igitur aliæ,ut dicebamus, ex subiecto solo &
prædicato Propositiones complentur,aliæ apprædicatū quo-
que tertiū obtinēt,ut cum Socrates inq; iustus est subiectū est
Socrates:prædicatum,iustus:apprædicatū aūt,ipsum/est/uer-
bum:alię præterea & adiunctum habent Modum:qui quonā
pacto in subiecto insit,prædicatum indicat:ut Necessariū Im-
possibile(sic enim tò adynaton quēadmodum & tò dynaton
possibile interpretari toto hoc opere liceat) Contingēs, Bene,
Sapiēter, Iuste:ut cū Socratē dico musicū esse cōtingit:uel edis
serit sapiēter Socrates:plures uero his terminos q inuicē cōpli
cent̄ ad Propositionē unā cōflandā,ne cōplecti q̄dē aīo ualeas Q
Caput lib.scd̄m Propōnes tradit nobis simplicissimas.eritq;
de Propositiōe,siue Enūciatiōe q̄ ex subto & p̄dicato cōstitui-
tur. Tertiū cōpositiores his:facta app̄dicati adiectione.atq; de
Propositiōe,uel Enūciatiōe ex subto,p̄dicato,ac tertio app̄dica
to erit cōpacta.Quartū Propositiōes eas docet q̄ cū Mō ꝓferū
tur.Itaq; cū spēs oēs hoc pacto ꝑsecutus Arist.fuerit ꝓpositio
nū,ac fidēter nō plures iis ꝯtradictiōes eē ꝓnūciauerit,finē bre
ui tractatui īponit.Ad calcē āt libri q̄dā p̄ter hęc exulcerabit̄ q̄
stio à p̄senti ipsa quoq; cōtemplatiōe haud quaq; aliena.Qua-
re his p̄misis de cętero tp̄s est nobis ad Dictiōis explanationē
descēdamus.q̄ ꝯtorta cū sit,et plena argumēti,uberibusq; refer
ta sentētiis,atq; ex breui ꝑmutatiōe totū q̄nq; sensum euariet,
id q̄d i multis iā accidit exēplarib⁹,uniuersam suis locis appo-
nere operęp̄ciū eē duximus:quo queat dignosci q̄ nam emen-
datior esse editio uideatur.

A ARISTOTELIS LIBRI DE INTERPRETATIONE E

SECTIO PRIMA.

DE PRINCIPIIS ENVNCIATIVAE ORATIONIS.

I PRimum quid Nomen , & quid Verbum sit,ponendū est . Deinde quid Negatio,& Affirmatio,& Enūciatio, atque Oratio.

PRopositum , uti diximus,Aristoteli est p̄ceptionē tradere Enūciatiuæ nobis orationis . Verū q̄m omnis
B ex Nominibus & Verbis oritur Enunciatio,uelut cū inquā/So
crates ambulat/ prius uero simpliciora iis ubique sunt quæ ex
ipsis constāt cognoscenda,decēs ob id maxime op̄is principiū
statuit Nominis ac Verbi essentiæ contēplationem. Nā uerbū
{ Ponendū } pro definiendum acceptum nunc est.qđ cū de
aliis quoq; significatis prodatur,hic,id quod monemus,Defi-
nitionem notat . Enimuero uerbum/Ponere/ pluribus modis
appellari conspicuum est.Suppositiones enim seu concessio-
nes sæpenumero Positiones nominamus:ut quādo Positum
sit dicimus uel concedamus Theatrum tantum capere multi-
tudinis:sit sanè decem cubitorum magnitudine: liceat uel Re-
gem esse:quid tum faciet? Positionum item uocabulo nuncu-
pamus opiniōes nobilis cuiuspiam in philosophia Viri ab alio
rum sententiis alienas:ut moueri omnia,quieteq; ea quæ sunt,
haud quaquam impertiri:ut Heraclitus affirmabat. uel Id qđ
est esse unum: ut placebat Parmenidi Positiones etiam intel-
ligimus consensus Propositionésue : quemadmodum sanè
& id quod cōmuni lingua apud Grecos Allelogia,hoc est Cō
C dictum uocatur.unde & Reponere dicimus,confessionem uel
pactionem retractare . Sed & aduerbia quæ positiua Græcis
perhibentur,Positiones nonnulli appellant:ut gameteō,pisteu
teon , id est ducenda Vxor est,fides habenda.Positiones præ-
terea & ipsas appellamus Definitiones : quasi ante subiectas
Demonstrationibus.Si enim perficiuntur ex iis Demonstratio
nes quę substantiæ nomine rebus insunt,significant autem De
finitiones,eorum quæ sunt uniuscuiusq; substantiā,merito an-
tecedere Definitiones,ac subiici Demonstrationibus debent.
Quin eo communius adhuc Demonstrationum principia ab
solute omnia quæ medio carent,atq; ex aduerso ab Effatis di-
uiduntur,Positiones Aristoteles putat uocandas , cuiusmodi
sunt Definitiones uti commemorauimus , & Postulata, dicta
Græce Aetemata,& Suppositiones:quæ cum iam exigant De
monstrationem,sunt absq; illa desumptæ : prout explicatum
planè est in primo Domonstratiuarum cōmentationum. Tot
quidem,uel pluribus etiam modis dicitur ponere:sed pro defi-
D nire in præsentia id usurpat Aristoteles: ut uerbis illis { Quid
nomen,et quid uerbum sit, } subiungendis declarat:hoc est ꝓ
eo quod nobis Definitionem apertissime indicat. Cæterū quæ
siuerit quispiam,cur cum in uniuerso Prædicamentorum uolu
mine de simplicibus egerit Vocibus,hic rursus de Nominibus
dicere Verbisq; īstituat:quorum utrūq; simplicem Vocem eē
constat.At quod dicendum sanè est uocem simplicem,Nomē
Verbum,Dictionem,Terminum esse quidem subiecto inter
se eadem:solo autem respectu differre:uelut Semen ac fructus
& Ascensus Descensusq;.Nam ubi simplices Voces ut rerum
quibus inditæ sunt,significatiuas contemplamur,ipsum hoc so
lum, simplices eas Voces appellamus : nequaquam hoc casu
distinguentes à Verbis Nomina. Quando uero quadam in ip
sis duplicitate conspecta nonnullas earum Articulis constru-
ctas inuenimus, alias minime:uel aliquas quæ tempus quod-
dam adsignificent, alias secus, à se mutuo illas distinguimus.
Aciunctas quidem Articulis,nec tempus adsignificantes q̄d-
piam,Nomina uocanda esse arbitramur. Verba autem , eas q̄.
cōnecti non possunt Articulis,ac s̄m tēpus quoddā dicunt̄. At
rursus cum Vocum huiusmodi utrāq; non ipsam per se sumi-
mus,sed quasi Affirmationis partem uel Negationis tunc Di-
ctionē ipsam,quo pacto docebit nos dilucide suo loco Aristo.
nuncupandam existimamus. Cum uero ut in syllogismo consi
deramus assumendas,Terminorū in illis nomen statuimus:ut
in Resolutoriorum procemiis explicabitur.Sic porro & Plato
in nono de Legibus simplices Voces Terminos nominauit.
Itaque eos inquit admisceri inuicem Terminos quorū expers
medii est oppositio:ut calidum,& non calidum.Interlimitium
autem obtinere eos,quorum est aliquod medium: ut calidum F
ac frigidum:uel libens inuitumq;:de quibus eo loco disputatur
utiq; cum uitium inolescens Animo medium habeant:qđ nec
pure uoluntariū est nec planè uoluntati refragat̄.Quādoquidē
igitur tametsi idem subiecto sit Nomen, uel uerbum , ac Vo-
cem simplicem dicere, tamen eo quem prodidimus respectu,
hæc mutuo differunt:Prædicamentorum autem liber de sim-
plicibus nos Vocibus dūtaxat docuit, nihilq; inter Nomina ac
Verba scrutanda differentia laborauit:cuius usus frequens est
ad Enunciatiuæ orationis meditationem: siquidem huius ope-
ra Subiectos in Enunciationibus terminos à Prædicatis diri-
mimus,ob id nunc speculationem de Nominibus & Verbis
tractandam proponit,ceu pręsenti cōmentationi coniunctissi-
mam.Sed quamobrem dixerit aliquis cum multæ sint quæ à
Grammaticis partes Orationis uocantur,has nunc solas edo-
cemur,Nomen & Verbū?Quoniā solę hę (respondebimus)
semotis aliis omnibus facere Enunciatiuam possunt orationē:
uti cū dicimus/hō ualet:Ergo de solis hisce Aristoteles cōside-
rat hoc loco:q̄ in Enunciatiua oī orōne ex necessitate assumū- G
tur:atq; ad simplicē cōstituēdā Enūciationē sufficiūt. Illud aūt
animaduersione dignum est, ex octo partibus illis uulgo notis
Orōnis,alias nārum eē quarūdā,simpl'r ue p̄sonarū significati-
uas:uel actionū:uel passionū:aut cuiusdā harū cōplexionis : ut
Nomē,Pronomē, Verbū,Participiū:q̄ solę etiā ad efficiendā sa
tis esse Enūciatiuā orōnē possunt:ceu cū dicimus Socrates am
bulat:uel Ego ambulo.uel Currēs ambulat: uel Socrates cur-
rēs est:quorū alterū ut subiectū capit̄, alterū ut p̄dicatū. Alias
uero nō hęc.sed quādā Prędicati ad Subiectū cohęrētiā indica
re:qđ genus plurima sunt Aduerbia.Nā uel quo insit mō desi-
gnāt Prędicatū Subto:uel q̄n:uel ubi:uel q̄ties,siue certo, siue
īcerto nūero:uel q̄ ad aliud ordīe:ut hic post hūc currit:aut ab
hoc seorsum habitat:uel cui simil'r:uel q̄ magis,minúsue:uel ēt
īeē cū itēsiōe:uel q̄ nos ip̄m pacto īeē/aut nō īeē,siue ut ꝯiciē-
tes siue ut affirmātes opīemur: aut ēt q̄nā mō affecti ad rē sim⁹
de q̄ enūciamus,ul' ut dolētes:uel ut admirātes:uel ut Enūciatio
nē quoq; p̄stātioris testimōio ꝯfirmātes . uel nr̄a itereē oñden H
tes p̄dicatū eligere,ut in positiuis uocatis Aduerbiis: uel clamo
re celebrātes Animi habitū sup̄mo ipso Bono īsignitū. quēad-
modū in diuini furoris Aduerbiis:,q̄ bñ se hr̄e Numine afflatos
īdicāt:uel ēt dictā ab aliis Enūciationē p ꝯsensū amplectētes:
uel ꝑ negōnē,siue īficiationē reiic ētes.Signāre āt q̄ mō īsit īdi
catiua inq̄ medietatis seu q̄litatis Aduerbia/ut bñ differit Socr.
Melāthius Vlissē calcib⁹,qđ Greci/lax,aduerbial'r dicūt,ꝑcus
sit: Apes racematī uolāt.& q̄ sil' oībus de q̄bus s̄mo ē,uel nō sil'
ineē Prędicatū declarāt:ut una grassati sunt hostes,uel hic īde.
nā & hęc q̄litates q̄dā sunt: q̄nq̄dē sub q̄le ꝯcretio ac discretio
referūt̄.De ceteris eorū q̄ enūerauim⁹ nihil p̄terea opus ē adde
re cū iis in ꝓpatulo sint q uel parū ītelligere q̄d singula īdicent
possunt. Hęc itaq;,id qđ dicebamus,cū cohęrētiā quādā p̄dica
ti ad subiectum declarent, conferre aliquid ad faciendas hu-
iusmodi Enunciationes uidentur . Reliqua significant qui-

I dem Aduerbia, non tamen utilia sunt ad Enunciationem: sed
ad species quasdam alias Orationis: ut optandi significatiua ad
Optatiuam orationem: dehortandi uel adhortandi ad Impera
tiuam: ad Interrogatiuam uero, interrogandi. Quæ autē par
tes præter has Orationis dicuntur, ipsæ per se uel omnino signi
ficatione uacant: ut Articulus apud Græcos, Prepositio, Con-
iunctioq;. Ergo quę naturarum, ac personarum, uel actionum
uel passionum significatiuæ sunt Aristoteles eas omnes in No
mina ac Verba partitur: Verbaq; illa appellat, quæ secundum
tempus dicuntur prædicantúrue in Propositionibus: Nomina,
quæ sine temporis proferuntur significatu, uel usum complēt
Subiectorum. Quæ autem in neutra ex his loca conferuntur,
quāuis alioquin adiaceant Propositionibus, inesse uel non ineē
aut aliquādo, aut quoq; modo, uel quoties insit in subiecto prę
dicatum, aliūmue quempiam eorum inter se respectum signi
ficantes, ne proprie quidem eas autumat partes Orationis no
minandas. Quem enim ad modum asseres Nauis partes pro
K prie sunt, claui autem, stupa, & pix eas connectendi ac totius
uniendi causa adhibentur, eodem pacto & Orationi Coniun
ctiones, Articuli, Præpositiones, ipsaq; Aduerbia usum quorū
dam explent clauorum: partes autem haud sanè, iure dicere-
tur: quæ composita ipsa per se plura conficere nequeunt Ora-
tionem. Non sunt itaq; hæc Orationis partes: sed partes sunt
Locutionis: cuius pars est ipsa quoq; Oratio: ut in libro de poe
tica proditum est. utilesq; sunt ad quandā partium inter se Ora
tionis compositionem constructionemq;, ut uinculū quoq; ad
asciticiam deligatorum unionē. et colla eorum quæ illius opera
cohęrescunt. Sed neq; colligatorum uel glutinatorum partes
illæ, neq; Coniunctiones, uel Articuli, uel Præpositiones, uel
Aduerbia partes sunt Orationis. Enīuero à Locutione eo dif-
fert Oratio, ꝙ absoluta congeries Oratio sit uocum præsertim
earum quæ res significant: illa absolute omnium quæ in disse-
rendi facultatem assumūtur. Habes & à Platone Orationis cū
" Locutione differentiam in Tertio de Republica traditam: ubi
" Hactenus inquit de Oratione. De Locutione uero posthac cō
L siderandum, ac quæ nobis loquendum sit & quo pacto loquē
dum, erit omnino perpensum. ex quibus planè se ostēdit Ora-
tionis nomine, sententiam: Locutionis uero, pronunciationem
appellare: seu per maxime necessarias partes fiat, Nomen &
Verbum: secundum quam Oratio illa quæ prolatione coni-
netur, ac proprie dicitur, spectatur: seu partes quoq; accipiat
alias dictę communius Orationis: quod perinde est ac si inter-
pretationis dicas quæ iam ad uenustatem ac certam compoſi
tionem respiciat. Placet igitur Aphrodisieo Interpreti Aduer
bia quoq; in Nominibus censeri: quo modo & Pronomina. &
quam Grammatici Appellationem uocant. Sed nulla uidetur
hoc præditum esse ratione: quoniam alia ex Aduerbijs Nomi
na esse nequaquam putarētur: quod genus Aduerbia sunt af-
firmandi: uel negandi: uel prohibendi: uel quæ iusiurandis prę
ponuntur ut/per/aliaq; plurima. aliqua uero ex eo quod à No
minibus deducta sint quibusdam, uim ei cum Nominibus ean
dem obtinere uisa fuerint: ut bene & perspicue à bono perspi
cuoq; uelut & iuste à Iustitia. Quod si hoc ita se habeat, legen
M dum, nauigandum, quæ apud Græcos aduerbia sunt, uerba,
non nomina appellabimus. quasi facta ex eo quod est legere,
uel nauigare oportere. Sed non est rōni consentaneū uel uerba
hæc, uel priora illa nomina dicere. quoniam nec subijci in Pro
positionibus, nec prædicari horum aliquod potest: quorum al
terum Nomini Verboq; usu uenire est necesse. Nam nomen
quidem Perspicuus/in oratione quæ/locus hic de Interpreta-
tione perspicuus/ est inquit, prædicatum inuenies: perspicue
non item. At uero nec compositum aliquod fieri Prædicatum
ex ipso & eo de quo aduerbium/ perspicue/ dicitur affirmabi-
mus: quale est/perspicue enarratur/: quemadmodum in hoc/
mortalis homo: & adulterinus Denarius/. Sic enim talium Af-
firmationum fieri Negationes eodem modo oportebat quo il
larum quæ simplex aliquod Prædicatum habent: ut in com-
positis re uera Prædicatis contingit. Nam ut huius/Mortuus,
homo est/affirmationis negatio est/Mortuus, Homo non est: N
huiusq;/Mortuus, defunctus uita est/hæc/Mortuus, uita defun
ctus nō est/sic illius etiam/Mortuus, uita defunctus homo est/
hæc/Mortuus, uita defunctus Homo non est/erit Negatio. At
in Propositionibus cum Modo, diuersius fieri Negatiōes, nec
ut in ijs quæ Modo carent necesse est. Huius nāq; affirmatio-
nis/Socrates ambulat/Negatio est/Socrates nō ambulat/. At
huius/ Socratem ambulare posibile est/ non hæc/ Socratem
non ambulare est posibile/: sed hæc/Socratem ambulare nō
posibile est/: prout planissime nos Aristoteles postremo hu-
iusce operis docebit segmento. Quapropter Enunciatiuam
ubiq; inquit Orationem ex Nomine componi & Verbo: in eá
que dissolui: perinde quasi solas has proprie partes putet Ora-
tionis uocandas: ipso/ Esse/ uel/ non Esse/ alias de quibusdam
absq; medio prædicandis: cum partes tunc fiant Propositio-
num: ut in his/Socrates est: Socrates non est/: neq; à Subiectis
diuaricent. alias in Propositionibus quæ uel tertium Appræ-
catum, uel Modum adiunctum habent assumendis: quæ, ut in
Resolutoriorum procemijs edocebimur, Propositionis addi
partibus dicantur: uel ab ijsdem diuidi: aut huiusmodi quidq;
sustinere. Quocirca pars Enunciationis aut Nomen sit pror-
sus oportet, aut Verbum. Non tamen Verbum pars omnino
est Propositionis: nimirum cum de subiecto non ex sese præ-
dicatur: quasi actionem debeat, uel passionem, uel simpliciter
essentiam, priuationémue subiecti indicare: sed prædicati gra-
tia capitur cum subiecto concinnandi. Quod autem recte hęc
nobis prodantur, uel ex ipsa partium Orationis aliarum appel
latione constat quę præter Nomen & Verbum dicuntur. Pro
nomen enim ceu Nomen non naturarum aliquarum, sed per-
sonarum simpliciter, ita nuncupant. & Participium, quasi par
tem amborum capiat, Nominis inquam & Verbi: quāquam
magis cum significatiuum quorūdam temporum sit, ad Ver
borum proprietatem declinet. Articulum autem, uelut appen
sum Nominibus, relationemq; habens ad illa. De Præpositio-
ne, uel Aduerbio, uel Coiunctione quid etiam opus est dica-
mus? ex quibus Præpositionem sic nominant, quasi Nomini.
bus Verbisq; præponatur. Aduerbium ceu tali modo compli
cetur Verbis Coniunctionem quasi seiunctas Orationes col-
ligantem. Cæterum cōcedere Aristotelem uideri quibusdam
locis comperies partes quoque Orationis communius omnes
appellari eaq; de re partes Orationis quasdam esse significati-
uas post affirmabit: perinde quasi nonnullæ quoq; significatu
careant: nisi aliqua nobis uerborum illorum accommodatior
expositio uideretur, nihil sanè habens quod ijs quæ modo pro
didimus repugnet. { Deinde quid negatio, & affirmatio, &
enunciatio, atque oratio. } Tres quidem esse qui proprie di-
cantur Diuisionum modi, Generis in species, Totius in partes
Vocis æquiuocæ in significata diuersa, Diuidiq; Enunciatio-
nem in Affirmationem Negationemq; conspicuum est. Dici-
mus enim partem alteram Enunciationis affirmatiuam esse, al
teram negatiuam. Quæstum uero est ab Aristotelis Expla-
natoribus quonam pacto in Affirmationem Negationemq;
Enunciatio dirimatur, Atque alij, uelut Aphrodisiensis Alexā
der, ut æquiuoca uox in diuersa significata ipsam disiungi, alij
ceu genus in species, ut Phorphyrius Philosophus, dicere ma-
luerunt. nemo enim distrahi tanquam totum ipsam in partes
fateri ausus est: quoniam neq; ut totum diduci in similes par-
tes uidetur: siquidem Affirmationis ad Negationem haud leue
discrimen est. neque in dissimilares: quando nequaquam pars
utraque totius nomine uocaretur. Quo igitur modo sese uerū
habeat, præsterq; Porphyrij Philosophi sententia, processu cō
mentationis nostræ suo loco demonstrabimus: nimirum ubi
proditas ab Aristotele finitiones illarum exponemus. Nunc
primum illud monendum est, uerbum { Pouendum } hoc
est definiendum communiter in ijs capi oportere. Deinde po-
nendum quid sit Negatio/& Affirmatio, & Enunciatio, atque
Oratio. Ad hæc, dici quatuor enumerata post Nomen & Ver
bum/definire opus esse. quoniā propositum est, ut docuimus,

A Prædicatiuam speciem tradere Enunciatiuæ orationis. Hæc
autem aut Affirmatiua est omnino, aut Negatiua. Ergo de Af-
firmatione & Negatione doctum oportuit: quare de commu-
ni quoq; earum genere, Enunciatiōe. Verum quoniā & Enun
ciatio inter species Orationis quædam una est, eraq; in fini-
tione Enunciationis Oratio capienda, propterea quod & gene
ra omnia finitiones complent suarum specierum, notiora autē
esse conueniū quæ ad docendum de quauis re assumuntur, eo
quòd per illa declaratur, ob id necessaria esse & Orationis con
templatio uisa est quasi anteire Enunciationi debeat. Si quis
uero in quæstionem adduceret, cur non genus quoq; Ratio-
nis Vox eadem de causa cōmemorari meruerit: perinde quasi
debeat uel ipsa, finitione explicari. Dicendum naturalis dispu-
tationis esse de Voce disserere: quoniam Vox solius est opus,
Naturæ: quo modo uidere, & audire. uocales enim natura su-
mus. At Oratio, & Enunciatio, atque species huius Affirmatio
Negatioq; uoces quædam certe sunt: sed ꝙ speciem nāciscan-
B tur, & tali uel tali ratione proferantur, à nostra notione accepe
re, quapropter quædam ipsis quoq; priuatim tributa est à Na
turalibus diuersa tractatio: quam Logicen hoc est Rationalē
nuncuparunt. Ergo nec simpliciter genus Vox est, ut quidam
putant Orationis. Non enim fieri potest, ut cum natura sit Ge
nus, non sit & species natura. sed si modo sit, insitæ Vocis ora-
tioni, simpliciter Vocem genus esse dicendum est. Ad ipsam
Orationem uero materiæ loco Vocem capi dicemus: id quod
uel ipse in quinto de Animalium generatione Aristoteles, ubi
penes uocem differentias Animalium contemplatur pronun-
ciat. sed genus eius non est: ut planius ex sequentibus consta-
bit. Quod si quis quodnam igitur sit genus Orationis requirat
huic, Quanti diuisio in Prædicamentis tradita ad memoriam
reuocanda est. Cæterum attendendum in enumeratis quatuor
illis Aristotelē sumpto à deterioribus principio ad perfectiora
atque à magis particularibus ad uniuersaliora euadere. Perfe-
ctior enim res Affirmatio est Negatione, utpote essentiam si-
gnificans: Negatione essentiæ priuationem indicante. Affirma
tione Enunciatio: ut quæ eius genus est uti diximus: Oratio aūt
C Enunciatione: quoniā una est Enunciatiua inter species quinq;
Orationis. Estq; ordo ad nos prædictæ enumerationis quibus
transire à deterioribus ad præstantiora, magisq; particulari-
bus ad magis uniuersalia est natura insitum. propterea ꝙ no-
stra ab imperfecto ad perfectum promoueatur cognitio. Vbi
tamen de ijs docebit, pro rerum naturali ordine, uelut contra-
rio ibit itinere: Genera Speciebus anteponens, perfectioraq;
imperfectioribus. Quamobrem supradicto ea quoque modo
enumerauit: nimirum cum enumerationis finem principium
statuere uellet præceptionis.

II Sunt ergo quæ voce continentur, insitorum
Animo affectuum notæ. & quæ scribuntur, eo-
rum quæ in voce consistunt. Ac quo modo
nec eædem omnibus literæ, ita nec voces eæ-
D dem sunt. Quorum tamen hæc signa sunt
primum, ijdem omnibus Animi sunt affectus.
ac quarum simulacra sunt hæc, res iam sunt
eædem. Dictum itaque de his est in libris de
Anima. nam hæc alterius sunt tractationis.

Consequens sanè erat, ut est appollicitus, Nominis ac Ver
bi finitiones posthac promere. Verum quoniam non est om-
nis dictio Nomen uel Verbum, (nam quæ significatione ua-
cat, ut Blityri, Scindapsusq;, horum, neutrum est eoq; differunt
à Vocibus significatu carentibus Nomina & Verba, quod si-
gnificatiua quarundam sunt rerum) docet per hæc prius nos
Aristoteles quænam in primis ac proxime ab ipsis uocibus in
dicentur, mentisq; eos esse conceptus monet. horum uero in-
teruentu res designari. Neque medium aliud præterea quidq;
inter cōceptum ac rem indagare oportere. quod Stoici suppo-
nentes, Dictile, Græce Lecton, appellandum putabant. Cum E
hæc itaque per ea quæ nunc dicuntur tradentur: tum uel ma-
xime quibus in entibus quocūq; fuerint modo ueritatem ac fal
sitatem scrutari conueniat. De quibus in præsentia nobis per
pensio est utrum in rebus, an mentis conceptionibus, an uoci-
bus, an in quibusdam harum duabus, an etiam omnibus. qd'
si in uocibus, qualibus ijs uersetur, utrum in Nominibus Ver-
bisq;, an compositis ex hisce Orationibus. Ac sanè prefinietur
Nomina & Verba Voces simplices esse, quæ nec uerum nec
falsum significant, ut in procemijs quoq; dictum est Prædica-
mentorum, circa Enunciatiuam autem Orationem quæ ex il-
lorum complexu efficitur, uerum & falsum spectari. Ante uo
ces quoque ipsas hæc circa conceptus considerari: ut qui cau-
sæ uocum sunt. siquidem & horum alij simplices habētur, qui
à simplicibus designantur uocibus: nec ueritatem ullam uel
falsitatem admittunt. alij compositi: qui de compositis
subeunt rebus: atque à uocibus declarātur coniunctis, falsita-
tis capaces ac ueritatis. quę non in ipsis sanè per se rebus etiam F
neq; in compositis animaduerterit quispiam. Constaq; meri-
to de ijs ante disserere hoc loco Aristotelē, quàm Nominis et
Verbi definitiones reddat. Etenim cum de falsitate ac ueritate
primum contemplari hoc opere proposuerit, principio tum q̄
harum utrāq; admittere, tum quæ neutri recipiendæ natura es-
sent idonea nobis oportuit traderet. atq; ubi in compositis uo-
cibus alterum spectari, alterum in simplicibus commonuerit,
postea simplices uoces ac nequaquam aut falsi capaces. aut
ueri, in Nomen & verbum: compositas autē ex hisce, atq; om-
nino uerum falsūmue pronunciantes, quod perinde est ac si ad
Enunciatiuam orationem pertinentes dixeris, in proprias rur-
sum species, Affirmationem Negationemq; dirimeret. Hæc
cum ita sint, nos explicandis ijs quæ à Philosopho traduntur,
quatuor hæc ab illo his uerbis assumi, quasi utilia ad proposi-
tam contemplationem dicimus, Res, & cōceptus Animi, Vo-
cesq; item, ac Literas, in quibus primum sibi locum res uendi
cant: conceptus secundum: tertium, uoces: postremum literæ.
Nam conceptus quidem Animi, finem obtinent rerum com- G
prehensionem. ac tunc sanè re ipsa cōceptus sunt, cum ipsis ue
lut accommodati rebus fuerint. sunt enim imagines rerū Ani-
mo insitæ. Enunciatiuæ autem sunt uoces conceptuum: eaque
de re nobis à Natura datæ, ad Animi concepiones seu notio-
nes harum opera inter nos declarandas. ut & mutuo frui com
mercio, & ciuilia inuicem præstare officia possimus. Homo
nanq; sociabile animal est. Quamobrem nec qui uocibus nō
ijsdem utuntur, eiusdem consortes ciuitatis sunt: ut qui conce-
ptus inter se mentis haud quaq; norunt. Literæ autem, peren-
nem uocum memoriam tueri, finē obtinent. Porro ex his qua
tuor, duo natura esse Aristoteles, res conceptusq; arbitratur:
duo item positione, uoces ac literas. Quæ autem Natura sunt
ab ijs quæ Positione constant discernit, utiturq; huiusmodi re
gula. Quæ apud omnes eadem inquit sunt, hæc Natura consi-
stunt: quæ non eadem apud omnes habentur, ea Natura non
sunt, sed Positione. idq; non iniuria. Nam cum natura una sit
Vniuersi, similia uidelicet ubiq; ea facit quæ censeri eadem spē H
dicuntur. ꝙ siqua sint apud alios atque alios diuersa, nō erunt
utiq; hæc Naturæ opificia. Cum itaque Res Mentisq; conce-
ptiones eædem apud omnes sint. (est enim ubiuis eadem spe-
cies Hominis, Equi, Leonis, idemq; eodem modo apud om-
nes de Homine, Lapide, rebusq; alijs singulis conceptus.) Vo
ces autem & Literæ non omnibus eædem. quippe alijs Græ-
ci utuntur uocibus, Phœnices alijs, diuersis item Aegyptij.
Nāque alij Lingua est alia Poetæ inquit carmen, rursusq; alijs
atque alijs quilibet literis suas uoces describunt. iccirco asseue
rat Res Conceptusq; natura, Voces autem ac Literas positio
ne, non natura esse constitutas. Ac compertum sanè est circa
literas magis quàm uoces positionis conditionē spectari. Pro-
inde ut mentio de eis haberetur omnino meruerunt: quasi affi-
nitate quadam uocibus deuinctæ: non solum quod ad illarum
conferant memoriam: sed etiam quòd positione sint, id ut ma-

I nifestum obtineant: possintq; suo ipsarum exemplo, positione uoces eē, certiores nos apertius reddere: quod notum nō perinde est ac literas positu constare. De Vocibus igitur quærendum censuerunt ueteres, utrum eæ natura dicendæ, an positione essent. Saneq; huc pertinebat uter ipsis existendi modus cōueniet explicare: eoq; ad definitiones uti Nominis & Verbi, atque ex ijs compositę Orationis: Nulla autem fuit apud illos de Literis controuersia. Porro literas uobis alioquin esse ad proposita contemplanda nullo usui futuras, palam ipse faciet deinceps, omissis illis, res solas conceptiones uocesq; interdum ut simplices meditando, quandoq; uero ut compositas. Ex his ergo cōceptiones simulacra rerum nuncupat. Voces autem nō conceptionum simulacra, similiter nec literas uocum appellādas sed notas signaq; arbitratur. Enimuero differt à Nota Simulacrum, quatenus uult hoc ipsam rei naturam quoad licet repræsentare: nec ipsum transformare nobis est integrum. nā quod pictum est in tabula simulacrum Socratis, nisi & caluitiem, & simitatem, & oculorum prominentiam Socratis habeat, non eius adhuc simulacrum esse perhibebitur. Nota aūt uel signum (utroq; enim uocabulo idē nominat Philosophus) totum habet in nostra facultate positum: quasi ex nostra quoque sola cogitatione existat. Potest uerbi causa quando inter se confligendum sit bellatoribus signum esse & tubæ sonus, & facis iactus: quomodo inquit Euripides,

Emissa postquam sax, cruenti prælij
» Signum, tubæ sonus, uelut tyrrhenicæ.
» Signum quoq; ex composito statuere quispiam potest elationem hastæ, & sagittæ emissionem, aliaq; sexcenta. Quandoquidem igitur eædem uoces alijs atque alijs describi literis possunt, ut peculiarium quas uocant scribendi figurarum inuēta declarant. alijs ijdem conceptus atque alijs uocibus enunciari, ut Linguarum multitudine, eademq; in linguam nominum transmutatione iudicatur. (Nanq; Aristotelem Platonis nomine appellare: Veteribus placuit & Theophrasti Tyrtamum.) Fieri uero non potest ut res una eadēq; alijs cōceptibus alijsq; agnoscatur: sed cōceptum quēlibet imaginem esse rei cuiuscūque conceptus fuerit necesse est, in Animo uelut tabula depictum: si aliud nihil est intelligere, quam rei formam suscepisse quam intelligimus, aut expromptam reddidisse: propterea rerum simulacra Conceptus ipsi, Nomina autem & Verba conceptum, & Literæ nominum ac uerborum notæ signaque appellantur. Cæterum ex quatuor hisce, rebus inquam, conceptibus, uocibus, literisq;, ualere iussis literis, quasi necessariū nullum ad proximam rerum explanationem præstent usum, uult de Rebus potissimum Philosophus atque Conceptibus quibus illas cognoscimus contemplari. Disseritq; de Vocibus: sine quibus disciplina, aut preceptio confici nequaquam potest. Propterea itaque omissis literis Aristoteles res & conceptiones atque item uoces assumit: easq; singulas modo considerari inquit simplices, modo cōpositas (Simplex res est uerbi gratia Socrates: res composita Socrates currens. substantia enim hic Socratis actionem currendi accepit. similiter & composita conceptio ea quæ de currente Socrate est. uox quoque composita qua dicimus Socrates currit: nimirum cum cōpositæ Cōceptiones quoque ac Voces ex simplicium concursu absoluantur. Ergo ueritas inquit & falsitas in nullo spectabuntur simplici: sed in solis conceptionibus uocibusq; existunt compositis. neque enim uel in compositis rebus existere uerum aliquod posit quale nunc quærimus, aut falsum: propterea quoniam in respectu quodam conceptuum uocumq; ad res uerum huiusmodi ac falsum perficitur. Nam ubi conceptus uelut congruerint rebus, uel consonæ uoces rerum subsistentiæ fuerint, uerum tūc circa illorum utrūcq; ubi secus se habuerint, falsum consistere arbitramur: ut si Socrate ambulante nos ipsum quoque uel animo concipiamus, uel dicamus ambulare, uera tum conceptio, tum enunciatio est: sin non ambulare opinemur dicamūsue ambulantē, falsum, pnunciare ē necesse. ipsę aūt p se res neq; poterūt uerę, neq; falsæ appellari, qd' ad ueritatē illā attinet quæ in cognitionibus spectatur. uere enim solemus Socratem hominem esse dicere: falso autem Socratis statuam: nisi sanē aliud per hæc indicantes quàm uere de Socratis notitia prædicari hominis rationē, de statua non item. At prædicari subijciq; ad prædicationem nullo pacto rebus conuenit: conceptibus, primum nulloq; medio atque horum nomine uocibus. quare & de horum tum ueritate, tum falsitate eadem ratio quadrabit. Verūenimuero alio mō uel in ipsis per se rebus, & quidem in uoluptatibus uerum esse falsumq; affirmabimus. neque enim perinde entia Formæ sunt omnes à materia separabiles: (ut postea de ijs explicabitur) cum actus sine facultate sint. & eæ quę materiam ad propriū existentiam requirunt: & hæc informis prorsus, sex iure appellata rerum Materia: & quæ rerum in spectris imagines repræsentātur: sed partim ceu re uera, partim non uera, partim etiā falso sunt entia. Nō enim uera similiter est quæ & intellectuales, & libidinosas actiones & falsas uisiones comitatur uoluptas. Sed hæc ad propositum nihil attinent huiusce commentationis. quandoquidem sermo de sola ea ueritate in his est quæ in affectionibus loquendi consideratur. tot ergo habuimus quæ de uniuerso Auctoris uerborum sensu scriberemus. Rursus uero Philosophi dicta ab initio persequentes, incumbentesq; ijs quę perpēsione digna sunt primum neque à rebus ipsum dicimus, neque à literis institutionem de his, sed à uocibus inchoasse: quasi prædicatiuas uoces Enunciatiuæ orationis inspicere hoc sibi tractatu proposuerit. Deinde, Sunt ergo uoces insitorum animo affectuum hoc est conceptuum note, nequaquam dixisse, sed { Quæ uoce cōtinentur: } ut qui continuam totam de Nominibus Verbisq; præceptionem facit. Cum enim, quid Nomen / & quid Verbū sit ponendum est / ab initio protulisset quandoquidem tum hęc tum ex ijs constans Oratio tribus modis uisitantur, uel in Animo per conceptus simplices, orationemq; intrinsecus, ut uocant, conceptam, uel in eo ipso cp pronuncientur, uel cp scribātur, (nam & eorum quæ sunt literis mandata, nomen esse illud asserimus: hoc uerbum: orationem illam) Quoniam igitur id quod monebamus, Nomina & Verba, quæ ponere dixit oportere, tribus modis contemplamur, uel in eo cp Animo recondātur, uel cp exprimantur uoce, uel cp in literas promātur, sic propterea quæ uoce continentur esse dixit Animi conceptuum notas: quos ipsius affectus esse inquit, ob eam causam quam inter initia prodidimus. & rursum quæ scribuntur notas esse eorum quæ in uoce cōsistunt. Aut ergo quæ in uoce sunt inquiēs ita huiusce rei gratia sermonem deduxit: aut magis ut aliud uocem esse dicere, aliud nomen uel uerbum indicaret: notamq; esse, atque in totum positione, non uoci absolute, sed nomini uerboq; cōuenire. quippe uocem edere nobis ē natura insitū: ut uidere: atque audire. at nomina uerbaq; ex nostra cogitatione proficiscuntur: uoceq; utuntur materia. Nam quo pacto Ianua lignum esse & Numus æs aurūmue perhibetur. ita uero appellantur, quasi ortum his, quæ res naturales sunt ferant acceptum: cum ipsi id quod sunt ex inditis characteribus ac figuris obtineant. (quippe ligna ubi tali composita uel tali modo fuerint, tūc fabricatam ianuam aut sellam dicimus: alioqui minime. & aurum ubi tales impressuras acceperit, numus tunc fit.) eodem quoque hic modo non simpliciter uoces Nomina Verbaq; sunt: sed cum à locutoria imaginatione tali ratione formatæ confictæq; fuerint, signaq; habitæ eorum quę in Animo uoluntantur. Cernere autem quisquam in mutis ab ortu quòd dicimus natura esse Voces, Nomina autem & Verba ex composito euidenter potest. nam hi uoces quidem articulatas quasdam emittere, non tamen ut Nominibus aut Verbis etiā uidentur. Hæc itaque exprimens quidam merito dixit. Quæ uoce continentur, quod huic idem est, Nomina & Verba quæ uoces sunt non simpliciter, sed tali se modo habentes, talemq; formam adeptæ, quatenus sunt & significatiuæ conceptuum, positione sunt: eaque de re insitorum animo affectuum notæ uocari possunt. Sed quid tandem sibi uult quod deinceps sequitur, dictum non esse elementa, neque literas: uerum quæ

A scribuntur notas esse eorum quæ in uoce consistunt? Itaque respondemus, Cum tribus modis, id quod proditum est, Nomina Verbaq; appellentur, nempe quæ Animo concipiuntur, quę pnunciantē q̄ scribuntē, ea q̄ uoce edunē notas esse ponī illorum quæ mens complectitur & quæ scribuntur, eorum quæ uoce proferimus. & quidem ita siquis id ceu de nominibus & uerbis dictum accipiat. Sin absolute in omnem dictionem extendi contemplationem uelit, dicendum est, Literarum atque Elementorum nomine tum descriptam conferi cuiusque elementi formulam, tum uero etiam pronunciationem qua unumquodque appellamus. Ac nomen sanè utrunque de ambobus dici: cæterum literæ nomen characterem in primis notare qui per auctionem ductūmque absoluitur: elementi autem, quod Græci Stœcheon, nominant, prolationem: ea de causa, ut inquit Dionysius, cp stœchon quendam atque ordinem habeat. Verum pronunciationem quidem haud quaquam notam esse: sed partem dictum iri nominis. at figuram quoniam aliter sub eadem
B pronunciatione alitérque Animo repræsentatur, notam esse dici merito posse. Eam ob rem igitur neque elementa, neque literas dixit: quoniam nominum utrunque horum de pronunciatione fertur: peculiarius elementi: literæ uero communius: sed ea quæ scribuntur: quo planius constaret his uerbis elementorum figuras indicari. Tum causam deinceps affert cur notas tum uoces conceptuum, tum uocum literas nominauerit: ambāsque positione esse affirmauerit uoces ac literas. hoc autem perinde est atque easdem apud omnes neutras esse. Nam { Ac quomodo } inquit { Nec eædem omnibus literæ, ita nec uoces eædem sunt. } simulq; ex hoc palam fecit, propter usum uocum literas quoque, commemorandas censuisse: ut quæ id quod positione est euidentius habeant: ac nobis declarent, ut hæ uocum, sic uoces quoque pro intercedente similitudine notas dici posse conceptuum. Huic uero de conceptibus addit ac Rebus: nempe horum utrunque, propterea quòd ijdem apud omnes, sint, natura esse. ait enim { Quorum tamen hæc signa
C sunt primum, } hæc inquiens, quæ uoce continentur, hoc est nomina & uerba. Quorum ergo hæc signa primum sunt, dicit autem cōceptuum. nam res quoque ab his, non tamen proxime, sed interiacentibus significantur conceptibus. At conceptus non alijs etiam sese interferentibus, sed primum ac proxime connotantur. Itaque quorum signa primum sunt ea quæ in uoce consistunt, hoc est significatiua, ac uelut notæ, hi sunt conceptus. qui affectus Animi sunt ijdemq; omnibus. atque ob id natura. Verbi igitur { ijdem } quod Græce ταυτὰ dicitur in dictione illa { ijdem omnibus animi sunt affectus. } ultima tono acuto Græcis legenda est. { Ac quarum } inquit { Simulacra sunt hęc. } hæc autem, affectus Animi nuncupat. Quarum ergo simulacra sunt affectus Animi. sed quarum simulacra? an uidelicet rerum res hę sunt inquit quæ apud omnes eædem sunt. Quamobrem uel hoc loco uerbi { Eædem } hoc est ταυτά
D in oratione illa / res iam sunt eædem / acuto accentu apud Græcos pronuncianda est ultima. non penultima circūflexo ut Herminus. quo absoluta Aristotelis præceptio esse uideatur. quæ Literas ac Voces, ex eo quòd non apud omnes eædem sint, positione esse. Res quoque & conceptus natura quòd ijdem sint omnibus, approbat. Cæterum quando hæc quodam pacto articulate explicuimus, apponendum ijs deinceps est qui sese in rerum contemplationem subducere atque abstractas horum de quibus agitur causas contemplari uolunt, cum tres supra naturales Substantias primordiales descriptiones gradusq; sint, Diuinus, Intellectualis, & præter hos quoque Animarius, res à Deo in ipsum esse nos deduci arbitrari: conceptus ab intellectibus progigni perfici uero ab Animarijs uoces, nimirum ijs qui rationalitate insigniuntur, separabilemq; ab omni corpore substantiam obtinent. Nobis enim in præsentia non de qualibet uoce, sed ea quæ res conceptuum interuentu designat ex pacto E aliquo atque conuentu sermo est quæque significari literis potest: quod perinde est ac si articulatam, & humanam, & dialectum seu linguam nomines. Quam bene per instrumenta à simpliciter dicta uoce distinguentes Medici, alia quidem uocalia instrumenta esse aiunt, ceu Pulmonem, asperāq; Arteriam: quorum ille uocis materiam suppeditat: hæc eius uelut effigiationi in grauitate atque acumine, ac similibus condu » cit: alia uero ad Dialectum idest articulatam uocis explicationem usum afferre, quemadmodum Linguam, Palatum, Labia, Dentes: quæ cum rationalis Animæ motioni præcipue deseruiant, ut ab Animali prouenientem simpliciter acutam aut grauem uocem uelut materiam quandam ad literas, & syllabas, atq; omnino dialectum informant excudendas: ad quam proposita quoque hoc nobis tractatu Enunciatiua species orationis refertur. Inarticulatarum autem uocum quales brutorum esse Animalium dicimus, si quis causam scrutetur, nihil is propositis quidem rebus quærit necessarium: constat autem causam nos illarum ad insitas ipsis rationis expertes Animas quarū, beneficio ipsum esse sortita sunt, proxime relaturos. Nam hæ cum occursantium rerum sensus, conceptasq; illarum uisiones sequantur, tum facultate hac prædita pro sua cuiusque natura ad uocem edendam parant: tum ad hoc, ut motibus omnibus ad quos natura comparata sunt, pro affectibus qui in ipsis perpetuo insunt, cieantur. Enimuero putare has quoque significari literis, id quod iam accidit nonnullis qui Grammatici habentur, ridiculum est. Imitantur enim ranas, Comœdi his uocibus / brecececex coax coax /: & porcos hac / coi coi /: aliáque animalia ex uolucrum genere alijs atque alijs literatis uocibus: non has tamen ipsas illorum uoces esse putandum est. alioquin & maris fremitum, & rotarum stridorem, aliorumq; complurium inanimatorum sonos articulatos esse propterea confitebimur quòd Comœdiam cernamus horum quælibet imitari audere. Quod si causa quoque in elementis aliqua contemplanda est quæ his proportione conueniat, ut effectricem quidem, præter Animam partiendi ui præditam quæ sua indagatione ijs ortum præbeat, nullam afferemus. Nihil autem prohibet horum exemplum, naturalem ipsam effectionem dicere, quæ rebus quas perficit singulis magnitudines ac differentias tribuit: quo modo & uoces literæ ampliore numero superauere. Cęterum proditum de his esse inquit in libris de Anima: tum ubi dixit, At conceptus Mentis primi quid intererit » quo minus sint phantasmata? An neque alij phantasmata sunt » uerum non sine phantasmatis. tum in quibus Imaginationem » passui Intellectus nomine appellandam censuit.

Est aūt quo pacto in Animo cōceptus interdū III
quidē sine vero vel falso asserēdo, qñq; aūt cui iā
horū ineē alterū necesse sit, ita quoq; in voce. nā
circa cōpositionē ac diuisionē falsum, uerūq; ver
saī. Itaq; Nomina ipsa et Verba sil'ia sunt illi Con H
ceptui q̄ sine cōpositiōe ē ac diuisiōe: ut Hō, uel al
bū: nimirū vbi nihil addaī. nam neq; falsum neq;
uerū adhuc cōstat. Huius ꝗo indiciū ē: eteni signi
ficat qdē Hircoceruus aliqd: nōdū tñ verū q̄dpiā
aut falsum. nisi eē aut nō eē adiectum vel simpli
citer, uel pro tempore fuerit.

Per hæc supradictorum nobis utilitatem Philosophus ad propositum tradit institutæ commentationis. Nam Verum Falsumq; tū in Mentis conceptibus, tum In voce nō simplicibus tñ ijs, sed compositis inquit spectari. Simulq; nos uocum ad conceptus proportionem edocet: cū Nomina Verbaq; simplicibus similia esse conceptibus affirmet: ac circa horum neutra nec ueritatē cōsiderari, nec falsitatē: cōferri aūt cōceptibus cōpositionē diuisionēue admittētib' ꝓflatā ex noibus uerbisq;

I siue ut compositis, siue ut diuisis orationem: quorum utrique inesse horum alterum necesse est, uel uerum, uel falsum. Et quidem conceptum simplicem nullum nec ueritatis capacem esse, nec falsitatis, ex inductione conspicuum est. Nam qui sibijpsi conceptum proposuit Socratis, is nec uerum ullum, nec falsum cogitauit: nisi illi uel/ambulare/uel/legere/uel/esse/fuerit additum. tunc enim si ita res sese fortasse ut existimat cogitatio habuerit, uerus erit conpcetus. Sin re aliter habente oppositum opinetur Animus, nósque non ambulante uerbi gratia Socrate, ipsum cogitemus ambulare, falsum arbitremur necesse est. Simili his modo habent sese & ea uidelicet quæ ad uocem pertinent. Nam qui sexcẽties pronunciat Socratis nomen, quique uerbum per se dicit/ambulare/neque uerum quodpiam is, neque falsum prodidit. At qui ambo composuerit dicatque Socrates ambulat aut uerum professus est, aut falsum. Et uero qui uerbum/ambulare/à Socrate dimouet, quam ipse sublatio
K nem diuisionis nomine nuncupauit, quasi Prædicatum à Subiecto per negatiuam particulam, quæ diuisiui cuiusdam instrumenti usum in oratione exhibet, seiungentem, dicitq;/Socrates non ambulat/orationem protulit rursus ueritatis aut falsitatis receptricem. Quamobrem sic pronunciauit Aristoteles, uerũ & falsum circa cõpositionem ac diuisionẽ uersari: nominatq; Affirmationẽ cõpositionis uocabulo: diuisionis uero Negationem siue in Animi sentẽtijs, siue in prolocutorijs orationibus uisantur. Est itaq; ueritas prorsus & Falsitas circa cõpositionem uel diuisionem: non omnis tamen compositio uel diuisio, utriusq; harũ capax est. Nam qui precatur, uel quauis alia præter Enunciatiuam oratione utitur nomina & uerba cõponit, nihil ueri asserens, nihil falsi. Sed compositionem uel diuisionem substantiuam esse conuenit, hoc est aliud inesse alij, uel non inesse significare: id q̃d in sola Enũciatiua oratione cõspicitur. Verũtamen nec cum Verbis copulatio quælibet Nominum in Enunciatiua absolutam orationẽ reddet, hoc est ueram aut falsam. Id colligas ex eo q̃ casus nominis si ipsi/est/
L coniungantur, nullum neq; uerum, neq; falsum declarant. Sed uel ipsius/est/cum nominibus quæ in recto proferuntur complexus: uel in obliquis ea quæ prædicato adiuncta ad perfectã Orationem moliendam sufficiũt: uelui cum Socratis est liber dicimus. Constat igitur uerum & falsum circa orationem solã considerari Enũciatiuam, speciésque eius Affirmationẽ Negationémq; de quibus ipsi tractare propositum in præsentia est. Quapropter rem maxime attingit Aphrodisiei enarratio: quæ pertinere huc dicit traditam de rebus, conceptibus, uocibusq; contemplationem. hæc itaq; ad hunc modũ. Illud uero attendendum, non pronunciare Philosophum, ueritatem in cõpositione aut diuisione haberi omnem. Nam qualis in Intelligibilibus apud Platonem compositio erit, aut diuisio? Quin & ipsi Aristoteli ueritas ea nuncupatur quæ in simplicissimorum rerum entium considerat substantia: uel quæ in intellectualibus rerum substat comprehensione: ab omniq; oppositione falsi exempta est: de qua ipse quoq; in Theologica cõmentatione, atq; in tertio de Anima disseruit uolumine: sed eam quæ in pronũciatuis subest motibus, circaq; Enunciatiuã solam ostensa est ex
M locutorijs omnibus orationem posse subsistere. Tum hoc igit æstimãdum est: tum id etiam q̃ cum Nomina ipsa idest per se Verbaq; simplicibus similia esse Cõceptibus dixerit, afferreq; horum exempla uoluerit, subiunxit { Vt homo, uel album: nimirum ubi nihil addatur: } Hominemq; ut nomen, Album autem uerbi loco accepit: quãquam nihilominus homine nomen esse uideatur: quasi se non penes eam definitionẽ quæ de Verbis afferri cõsueuit, album Verbis enumerasse putaueris: sed penes uocem omnem quę Prædicatum terminum facit in Propositione Verbum appellandum statuere: de quibus uerbi tractatu exponendo planius differemus. Si quis uero in quęstionem aduocet quonam pacto Aristoteles neq; ex Nominibus, neq; ex Verbis ullum ueritatis aut falsitatis capax esse p-

N diderit: tametsi Verba omnia quæ primæ personæ apud Grãmaticos uocãtur, uel ueritatem, uel falsitatem declarẽt, ut cum inquam/ambulo/& quæ secundæ sunt, ut/ambulas/& tertiæ quæcunq; de certa quadam dicuntur, ut/pluit, tonat, coruscat. Respondendum non ipsa per se Verba esse quæ ueritatem aut falsitatem indicẽt: sed Verborum eiusmodi cum personarum nominibus de quibus prædicãtur complexum. Nam etsi actu non proferantur illa, subaudiuntur tamen primæ quidem personæ uerbis/ego/:/tu/secundæ: ijs uero tertiæ, q̃ de finita quadam dicuntur, ipsa illa finita & certa de qua prædicantur: ut in pluit & tonat, Iupiter nempe. Quãobrem hic quoque integra est ex uerbo, subauditoq; ei nomine conflata Oratio: quæ ueritatem seu falsitatem admittit: ego ambulo: tu ambulas: pluit Iupiter. Proinde quæcũq; tertię uerba perlonę de nulla finita prędicantur, neq; uerum neq; falsum indicant ullum: ut ambulat. Nam uerbum/ambulat/nisi de quo dicatur constet, utiq; nullum neque uerum/neque falsum significauerit. Sed hæc
O sunt conspicua. Illud uero { Nimirum ubi nihil addatur, } significat, ut uera uel falsa fiat Oratio, uel Verbum Nomini, uel nomen Verbo addi oportere. Quod enim non adiecto quæuis facta nominibus/aut uerbis Enunciatiuã obeat orationem, Hircocerui apposito nomine palã fecit: in quo quidem/Hircus/nomen. quãquam non totum/Ceruus/addiẽ nomini: neq; ullum tamen ex eo uerum aut falsum contingit. Simulq; ostendere hoc potest argumento à maiore, Nomine nullo simplici uerum quidquam aut falsum significari. Nam si, q̃ magis, inter nomina horum quodpiam admittere par est, non admittant (sunt autẽ id genus composita, ut Hircoceruus: quæ eo ipso q̃ sint composita, capacibus horum dubio procul orationibus consimilia sunt) quomodo uerum falsumue aliquod significabunt simplicia nomina: cum ab Enunciatiuis orationibus quam composita longius distent? Nomini igitur, Hircoceruus conceptum quendam in sola positum cogitatione indicanti, si/non esse/addatur, ueram faciet orationem: sin/esse/falsam constituet: cum horum neutrum ante additionem indicaret. Quid uero tandem uult illud sibi, { Simpliciter, uel pro tẽ-
P pore: } Itaq; per uerbum/simpliciter/indefinite inquam significari. Simpliciter dixeris, fuit Hircoceruus: uel Hircoceruus est: uel erit Hircoceruus. Pro tempore uero idest cum additione temporis, quo uel fuit, uel erit: ut heri fuit annóue superiore Hircoceruus: uel erit cras, successuróue deinceps anno. Hoc ergo/simpliciter/et/pro tempore/dictiones declarant. Porro illud quoq; animaduertendum, cum Nomina ipsa & Verba similia esse illi conceptui qui sine compositione est ac diuisione prodiderit, nihil de Orationibus præterea quæ ex Nominibus Verbisq; componuntur, id quod cõsequens erat, subiunxisse: ut quæ essent prædictis compositione aut diuisione cõceptibus similes. Verũtamen neq; id prorsus reliquit: sed ostendit, cum diceret { Nimirum ubi nihil addat. } Nam ex sese hoc declarat, Quę cum mutua additione pronũciantur Nomina & Verba, non simplicibus etiam sunt conceptibus similia: sed ijs quę
Q cum simplicium compositione, uel diuisione fiunt. Quandoquidem igitur de his plenè à nobis est explicatum, deinceps ad Nominis Verbique ac cæterorum contemplationem, de quibus docturum se nos Aristoteles ab initio recepit, transeundum est.

DE NOMINE.

NOMEN igitur vox est significans, ex composito, sine tempo-
IIII re, cuius pars separata significatrix nulla est.

Apertum quidem est Nomen uerbo esse in præceptione iu re antepositum. quippe substantias rerum indicant Nomina: Verbis autem actiones aut affectus declarãtur: antecedunt uerò actiones

A ro actiones atq; affectus substantiæ. Cæterum { Vox } materiæ rationem ad Nomen & Verbum cõflatamq; ex hisce obtinens Orationem in definitiõe reddita nominis, ceu genus accepta est eius uocis qua nomen exprimitur ad simpliciter sonorum differentiam: qui fæpenumero ab inanimis quoq; edũtur corporibus: Sonus nãque à uoce differt ut à specie genus. Estq; sonus aeris ictus auditui sensibilis. Vox autem, sonus ex anmato prodiens, cum per thoracis compressionem elisus ex pulmone aer attractus in arteriam quam uocant asperã & palatum gargareonẽue simul totus impingit, ac pro Animi quopiam impetu tinnitum quendam perficit ex uerberatione sensibilem. id quod in instrumentis quæ apud Musicos flatilia uocantur, ut tibijs, ac fistulis accidit: lingua nimirum ac dentibus labijsq; necessariam operam nauantibus ad uocem articulandam: ad uocem simpliciter, aut omnino conferentibus. Verbũ autem { Significans, } sequentiaq; ceu Nominis differentię ad
B alias uoces capiuntur. Ergo/significans/distinguit à uocibus Nomen significatur carentibus: ut blytiri: cnax. Nomen enim si cuiusdam quod nominatur nomen est, constat uoces quę uacant significatione, non eo existente quod nominetur, nequaquam fore nomina. Dictio uero illa { Ex composito } à uocibus ipsum disiungit natura significãtibus. id genus uoces brutorum sunt Animalium. Peregrino enim quopiam limini ingruente, latrans canis eius indicauit aduentum: sed non ex instituto canes inter se aliquo atq; cõsensu in eiusmodi uocem erũpunt. Porro & in Hominibus id genus uoces uidere cuiquam liceat: quas per uehementes affectus profundimus: ut gemitũ inquam & cachinum: quodque de Surdis ab ortu dicebamus, uel Pueris, qui inarticulate, prius quã sermonis potentes fiant, loquuntur. quibus similes sunt brutarum Animantium uoces: quæ tumultuose ab ijs quandoque, interdum placide, ac cum tranquilla quadam affectione prodeunt. Separat igitur Nomẽ ab eiusmodi uocibus additum illud/ex composito/quod idem
C significat positioni. Conuenit enim inter Græcos res hisce appellare nominibus: alijs inter Indos: iter Aegyptios alijs. ijdẽque res aliquando easdem alijs atq; alijs nominãt. suntq; significatiua hæc nostri Animi conceptuum. Gemitus autem & cachinni, atq; Infantium brutorumq; Animalium uoces, conceptum nullum quidem, sed affectus quosdam Animi ac dispositiones notant. Cum enim simpliciter nox in duas partes bifariam diuidatur, tum in significatiuam expertemq; significationis, tum in literatam atq; illiteratam: quarum alteram articulatam, inarticulatam alteram propterea nuncupãt q̃ locutionem complentes syllabæ Animalis unius artubus similes sint qui à se mutuo diuelli queũt: nimirum cum actu sint in uicem discretæ: quemadmodum elementa: quorum comprehensio quædã legitima syllabas facit, perinde atq; naturalia ipsa Elementa: quorum certa quędam cõmistio singulos artus absoluit, Copulationes quatuor fieri quidem accidit simplicium cõiugationum. ex ijs uero unam esse ad quam Nomẽ & Verbũ,
D compositæq; ex hisce Orationes referuntur. Vocem enim aliã significatiuam & literatam esse continget, ut Hominem: aliam significatiuam illiteratamq;, ut canis latratum: quandam significatu carentem ac literatam, ut blityri: aliam nec significantẽ nec literatam, ut sibilum qui nulla de causa nec quicquam significandi gratia editur/aut uocis brutorum cuiusquam Animalium imitationem quę non imitandi causa fiat (hoc enim significatiuum iam est) sed temere, neq; ex proposito. Nomen igitur quandoquidem significatiua uox literataq; est, ã non significantibus, seu scripturæ mandari eæ possint, seu nequeãt, eo differt quod significet: à significantibus uero illiteratis, quales eæ sunt quas natura esse diximus, quatenus proditur literis, quod Aristoteles/ex cõposito/iure appellauit. qm̃ quæ de uocibus pactio fit, Hominum functio est dũtaxat. Nam neque ea quę supra hominẽ sunt, neq; inferiora homine cõuento uti Natura uoluit: cum non egeant illa: hæc pacisci inter se nequeant; Hominum igitur peculiare munus est pactio. Ac quoniã non poterant uocum omnium meminisse, excogitauit gens quæli-

E bet literas, quibus suas uoces describeret. Quãobrem ex constitutione sancito, rerumq; proprietatẽ significanti, de quo Philosophis agitur, literatum consequens est: atq; econtra. neque enim munus aliud quodpiã est literarum quam notas esse humanarum uocum: quas ex composito esse ostendimus. Iccirco post ipse quoq; pecudum uoces illiteratos sonos nuncupat: quas non esse ex composito, demõstrauimus. Verum hæc omnia quandoquidem nomini sunt uerboq; cõmunia (nam & illud significatrix uox est ex composito) ad Verborum differentiam adijcit { Sine tempore. } Porro/sine tẽpore/non hoc designat quod est nullo unquam pacto indicare tempus: sed tempus non adsignificare. Recte ergo Philosophus annotauit Porphyrius nomina quidem esse hodiernum, hesternum, anniculum, quæ tempus denotent: uerum significare ex sese tempus quoddã, nec adsignificare ut uerba. horũ enim quoduis actionem in primis quãpiam autem passionẽ designat: secunda uero ratione & tẽpus quo agere uel pati contingit. Ambulo uer-
F bi gratia primum quidem motum talem corporis: secundo loco præsens tempus declarat. iccirco & tẽpus adsignificare dicentur Verba, cum de ijs disputabit. quasi prẽter id quod potissimum significant, indicationem temporis quoq; uelut consectantem habeãt. At hesternum non adsignificat tempus, uerum significat: quasi nomen parti huic ipsi temporis inditum: imo uero rei quę parte hac fuit temporis. Nam ipsum tempus, ut proxime exactum diem, uel per/heri/aduerbium, uel per ipsam orationem/proxime exactum diem/dicẽtes significamus: cum tempus ipsum per se oratio declaret: Aduerbium autem, actionum uel passionum quę eo fiunt tempore ex aduerbiorũ lege additionem deposcat. Differt autem à Verbis talia quoque Nomina, q̃ actionem nullam aut affectũ declarent ut uerba. quodq; magis illis circũscribant tempora in quibus res gerũtur. At illud { Cuius pars separata significatrix nulla est, }
G Nomen discernit ab ijs uocibus quæ ex pluribus constant cõgestis Nominibus: uelut cum inquam Animal rationale mortale. Eiusmodi enim Orationi, quæ imperfecta est ad Enunciationem, consentient cætera omnia: differũt autem ab id genus Orationibus Nomina, q̃ significatiuæ illarũ partes sint, si per se dicantur ipsæ, Animal, rationale, mortale: neutiquam uero significent partes nominum: quemadmodum/Ho/syllaba in nomine/Homo./sed si in partibus alijs adiungat nominis, cõsignificare dicitur: non autem significare.

In nomine enim, Armipotens, nihil ipsum V
per se, potens, indicat: quo pacto in oratione, armis potens. Verũtamen nec quemadmodum res sese in simplicibus, sic in compositis quoq; habet nominibus. Quippe in illis significatiua nequaquam pars est: in his autem vult quidẽ esse, cæterũ nihil designat abiuncta: vt, Celox, verbi gratia in nomine, Epactrocelox, nihil per H
se ipsum indicat.

His uerbi traditur assumptarum in Nominis finitione differentiarum usus: inchoante ab ea differentia quæ postremo loco dicta est præceptione. Primum enim cuiusnam rei gratia illud { Cuius pars separata significatrix nulla est } additũ fuerit explicatur. ac dictum sane inquit hoc esse ad ea discernenda quæ constant nominibus. Igitur in nomine/Armipotens/nequaquam/potens/significat: cum significatiuum tamen sit in oratione/Armis potens/: neq; indicat celox quicquam in nomine/Epactrocelox/quod nauis Piraticæ nomen est: neq; in alio quoquam eius generis. quippe simplicium Animi significatiua conceptuum sunt talia nomina: quãuis compositionem in dictione quandam habere uideantur: quo modo compositorũ significatiuæ conceptuũ sunt Orationes: prout de ijs antea disputatum est. Ergo et in nomine/Armipotens/si conceptum id simplicem declaret eius rei cui est hoc inditũ nomen, patet/po

I tens/ipsum, cum uelut eius pars capitur, non eandem cum eo
quod per se dicitur facultatem obtinere. Dictum enim per se
nomen/Potens/uiribus præditum designat:ut uero pars huius
nominis/Armipotēs/à sua integritate auulsum, mortuū quid-
dam fit in significando:à syllabis nihil sanè differens significa-
tione omnino carentibus:quæ partes sunt simplicium Nomi-
num:quale est/Plato/uel/Dion/. Quāquam id solum interce-
dat discriminis, quod simplicium partes per se Nominum ne
significatiuę quidem esse uideātur:duplicium uero, quod quā-
dam uisionem p̄beant quidem significandi: quod/uelle/ Ari-
stoteles appellauit, non tamē et re uera hoc efficere natura sint
aptæ. Itaq; Nomina sępe hac regula distinguemus ab Oratio-
nibus, quæ per easdem syllabas cum nominibus pronūciant:
ut in Neapolis idest Noua ciuitas; et Heliupolis hoc est Solis ci
uitas. Vbi enim Nea et polis, uel Heliu et polis, ut significatiua
sumantur, oratio erit uel cōditum nuper oppidum indicet, uel
Soli sacrum; cum pars utraq; conceptum quempiam propriū
K declaret. At cum earum significatiua per se neutra fuerit, pro-
prium erit huiusce ciuitatis nomen; cum solus unus conceptus
ex toto indicet, ac pars ob id neutra significare aliqud possit.
Hæc itaq; adduxit Aristoteles postrema exponenda quam p-
didit Nominis differentia. Cęterum cum consequens deinceps
esset, ut redditam ante hanc different am explicaret, id inquam
quod dixit/sine tempore/ hoc uelut intempestiuum præterijt:
utique de eo cum de Verbo præcipiendum erit, disputaturus.
ubi docebit quo pacto uerbum adsignificando tempore se-
gregetur. Quod autem huic antecedit, hoc est/ex composito/
exponens inquit.

VI Ex cōposito autem, qm̄ nullum natura No
men est: sed quando fuerit nota. Siquidem &
illiterati soni quidpiam declarant, vt ferarum:
L quorum nomen est nullum.

Operæpretium est uel hoc loco quæramus, quonā pacto,
cum in Cratylo decertet aduersus Hermogenem Socrates po
sitione esse Nomina dicentē, naturaq; esse ea demonstret, asse-
ueret per hæc Aristoteles nomen natura nullum esse. Respon-
dendumq; ipsum id/Esse natura/bifariam ab ijs uocari qui na
tura nomina esse uoluerunt. similiter & quod/positione/dicit,
duobus modis capi ab ijs qui positione ea esse constituunt. Ex
ijs enim qui ipsa natura esse arbitrātur, alij uerbum/natura/sic
intelligunt, ut ipsa Naturæ opificia esse existiment: quo modo
Cratylus Heraclitusq; censebant: cum peculiare quoddam à
Natura nomen dicerent cuiq; assignatū rei: sicut sensum quo-
que alium cernimus alijs sensilibus tributum. Quippe natura-
libus, non artificialibus uisibilium rerū imaginibus simila esse
Nomina: ut umbris: atq; ijs quæ in aquis & speculis repręsen-
tari consueuerunt. Ac nominare quidem eos re uera qui tale p
ferant nomen; qui uero non eiusmodi, ne nominare quidē eos,
sed sonum edere dūtaxat, atq; obstrepere. Esseq; hoc sapientis
munus, peculiare cuiq; nomē consectari à natura fabricatum:
M uti sanè oculorum acie ualētis proprias rerum singularum spe
cies atq; imagines exactè dignoscere. Alij ea, quasi rerum quæ
ab ipsis nominantur naturę conuenientia, sic natura esse aiunt.
ut eius uerbi gratia qui Principis præditus sit prudentia, natu-
ra nomina sint Archidamus. i. domitor Principum: & Archi-
silaus hoc est populi Princeps: & Agesilaus hoc est dux Popu
li: & Basiliscus idest Regulus: & quotquot sunt eius generis: fa
tui uero non item. eius quoq; qui dextra utatur fortuna, Fortu
natus & Felix, non eius etiam cui minus illa faueat. Nimirum
& hi non naturalibus imaginibus similia esse dicētes nomina:
sed ijs qui à pingendi arte perficiuntur: quæ diuersorum exem
plorum simulachra diuersa conficit: studetq; pro uiribus for-
mam cuiusq; exprimere, Quo etiam fit, ut sæpe ā Nominiuus
pedē referentes resoluentesq; conemur earū rerū quæ ab illis
nominātur naturas aucupari; quibus cognitis, imposita rebus
nomina tentemus consona ijs demonstrare. At qui positione
Nomina esse statuunt, partim uerbum/positione/ita pronun- N
ciant, quasi rem quālibet cuique homini liceat quouis nomine
appellare: quo pacto cēsebat Hermogenes. partim nō ita: sed
à solo nominum auctore imponi nomina. Hunc uero naturæ
rerum scientem esse qui nomen cuiusq; rei naturæ p̄prium di-
cet ac celebret, aut eum qui scienti ministrat: doceturq; ab illo
singularum essentiam rerum: ac decens germanumq; ipsis no
men excogitare atq; imponere iubetur. Hac ipsa uero ratione
positione esse Nomina: q̄ ea nō Natura, sed rationalis Animæ
indagatio procrearit: tum ad rei naturā respiciens, tum ad ma-
ris & fœminę proportionem qui in mortalibus potissimū Ani
malibus cerni natura solent. Haud enim inconsiderate fluuios
masculino Græci dixerint, Maria autem ac Lacus uel Stagna
fœminino genere Nominū opifices appellauere. sed illa quasi
fluminum receptacula fœmineo genere uocanda censuerunt.
sicut etiam Fontes: utpote qui matris ad ipsos rōnem habeāt.
Fluuios autem, uelut in ea prorūpentes, proprie sese habere ad
masculi proportionem iudicarunt. in cæteris q omnibus eodē O
modo, ubi uel clarius proportionem, uel obscurius inuenere.
Hac enim consideratione & intellectū masculino genere, Api
mam fœmineo dicere constituerunt: cum illum, quasi ualentē
illustrare: hanc uelut ab eo illustrari natura idoneam conspe-
xissent. Ita uero procedentes, neq; uti in Dijs ipsis piguit tali ge
nerum differentia: sed Solem appellare uirili genere decreue-
runt, Lunam muliebri: ut quæ lumē ab illo mutuetur. Nam si
Lunam Aegyptij masculino articulo nominare consueuerūt,
terrę eam conferunt opinor: quam non Sol modo, uerum ipsa
quoq; illuminat. Proinde & in conuiuio uerba faciens Aristo-
phanes masculum Soli conuenire dixit: Terræ fœminam: ma-
sculofœminam Lunę. Constatq; sapiētius Aegyptijs Græcos
facere, quoniam Luna ratione prima à Sole lumen excipit: q̄d
postea per factam ab ea ipsa refractionem in terram transmit
tit. Sic Cœlum quoq; masculino genere pronūciant: Terram
fœmineo: ut quę effectricem uim suscipiat illius: plantarumq; P
ob id genitrix fiat. Quapropter in libris quoq; de Animalium
generatione Aristoteles talem horū nominum per genera di-
scretionem probat. Simili his modo cum & eorum quę Mū-
do excelsiora sunt actiones esse diuersas uiderint, nimirum qui
bus oculis ea cerni natura permisit, eminus quidem, uerūtamē
eandem & in nominibus quæ hæc significant proportionē de-
prehenderūt. Quod si idem masculinum & fœmininum apud
eosdem nominari uideat, non ob id ad priscos & sapientes Vi
ros nostrę confusionem referentes ignorātię, confusa esse, nul-
laque cum ratione imposita nomina existimabimus. sic enim
uel Etymologię, quam agnoscunt omnes, exilium indicemus.
uerum secundum aliam magis atq; aliam rei proprietatem ge
nus utrūq; in eodem ascitum putabimus: quo modo in/Luna/
quæ masculino & fœminino proditur genere, diximus: ac di-
uersis eiusdem rei nominibus. Ex his uero facili ratione colli-
gas & eorum Nominum quæ neutra uocantur notionem uel
ad id quod prius est ambobus deduci: uelut cum/Primū/hoc Q
est primam omnium causam nuncupamus. quod neq; eorum
quispiam Theologiam nobis fabularum narrationibus obuo
lutam tradiderunt, uel maris, uel fœminę specie fingere ausus
est. idq; iure optimo. Coniux est enim fœminæ mas: prorsus
autem simpl'r causę nihil est consociabile. Sed & cum/Deum/
masculino proferimus genere, sic ipsum, honestius genus sum
misso præferentes appellamus. Aut ergo huc Græci referunt
neutrum quod uocatur genus, aut ad id quod ex ambobus p-
uenit: ut cum/pędion/. i. puerulum nominant, aut secundum id
quod à potiore in deterius labit, ut/sperma/&/hydor/hoc est
semen atq; aqua. aut penes id quod cōmune est ambobus, ut
/Animal/aut alijs id genus modis, ne intempestiue his immo-
remur. Constat igitur secundum eorum quæ/natura/nominā
tur secundo positionis dicto conuenire. Quæ enim ab Aucto-
re instituūtur nomina, ut apte ad res quibus indita sunt sese ha-
bētia, uocari/natura/possunt: ut ab aliquo imposita/positione/.
In Cratylo itaq; Socrates uelut Arbiter Cratylo atq; Hermo
geni

A geni utrum natura an positione Nomina sint ex diametro atq;
aduersissime dissidentibus adhibitus, neq; ea sic positione esse
ostendit ut Hermogenes censebat. quippe ijs & ipsum/natura/
secundo natura existendi significatu cōtineri: atq; ijs pręsertim
quibus res uniuersales ac demum proprias indicamus: ceu quę
naturam definitam ac certam habeant, nobisq; comprehensi-
bilem. Vt enim bene res cedat in ponendis primum nomini-
bus in singularibus, quę mutari omnibus modis natura solent,
Fortunam quæ famæ obsecundet inuocandam esse. Neq; ita
natura ut Heraclitus affirmabat. Nam positione quoq; ea esse:
multa quidem ex illorum numero quę in singularibus statuun
tur, onerosa etiam significatione illa positionis quam asserebat
Hermogenes. quę autem naturam significant sempiternam, &
hęc positione: nimirum secundo positione existēdi significatu.
Neq; igitur Aristoteles hoc loco, nomen esse inquiens natura
nullum, quidq̄ ab ijs diuersum statuit. Nam, quemadmodum
& Plato, ipsorum illud/natura esse/inficiatur q̄d obseruabant
B Heraclitei. Atqui ipse quoq; minime recusans ea sic natura ap
pellabit ut diuinus Plato arbitratur. Id porro in libris suis plu-
ribus palam fecit: cum consona studeat nomina rebus ostende
re: in Naturali auscultatione Casus uerbi gratia nomen & Va-
cui: in Meteoris Guttæ & Pluuiæ: & quęcūq; ab eo indita sci-
mus nomina: ut Entelecheæ, de forma: uel Termini, de simpli
cibus ijs uocibus quæ in syllogismos conferuntur: uel figuræ,
de tali propositionum complexu: atq; in libro hoc ipso de Inter
pretatione, infiniti Nominis, uel Verbi infiniti, uel Contradi-
ctionis ab eo imposita, Philosophi sententiam/de h's apertissi-
me declarant. Quòd siquis à facta nominum transpositione,
atq; ex eo q̄ pluribus sępe eadem res uocetur nominibus de-
promendo argumento, neq; dici hoc modo natura debere no-
mina, demonstrare se putet, Respondebimus, natura esse no-
mina, à transpositione uel euidenter admodum ostendi. Patet
enim nos uelut ad magis propria quędam rebus nomina trans
C euntes transpositione uti, Nominum autem multitudinē dice-
mus quo minus eorum quodlibet naturę eius rei quę nomina-
tur conueniēs sit, nullo pacto prohibere. Nam sicut plures esse
eiusdem Hominis possunt imagines, quæ materia quidē diuer-
sæ sint, ęneæ uerbi gratia, ligneæ, lapideæ, omnes autem simili
tudine ad ipsum prope accedant, eodem & hic modo eandem
alijs alijsq; syllabis naturā nominari nil uetat: cū una eademq;
essentia ex omnibus alio atq; alio sensu indicetur. quemadmo-
dum Græcis Anthropos nomen, & Merops, & Brotos, idem,
hoc est hominem notāt. sed primum illud, quatenus anathri ha
opope, hoc est quę uiderit reputat: alterum q̄ præditus ea uoce
sit quæ tribui in partes poss t: tertium ex Animi casu in genera
tionem: inquinationemq; ex ea p̄ficiscentem. aut etiam, ut ad
compositū relatio pertineat, Anthropos à diarthrun ten opa,
hoc est q̄ articulatā exprimat uocem: uel ano echin tus opas,
„ hoc est sublime os habeat. Merops, quasi uoce utatur in partes
diuisa. Brotos autem idest mortalis uelut mortos, uel mœretos
D sit, hoc est fato obnoxius. quocirca & Mortales, struximus ur-
bes, inqt Cyrenęus. Quòd si recte hæc asserūtur, cōstat haud
admissum nobis iri dialecticū Diodorum qui uocem esse om-
nem significatiuam putat atq; ut fidem huic sententię arroga-
ret, seruorum quēdam suorum/Sedenim/collectiua cōiunctio
ne appellauit: & alium alia / Quam enim naturæ alicuius aut
personæ significationem habituræ sint id genus uoces ut No-
mina, uel actionis passionisue ceu Verba, ne comminisci qui-
dem facile est. Quoniam uero id quod positione est in Nomini
bus alij, ut Areus patręus, explodere conantur, nobisq; preces
atq; imprecationes obijciunt, in quibus nostra si proferantur
nomina, plane eos iuuant aut lędunt qui nominantur, cum ta-
mē pactio inter homines iure constet: inter Homines et Deos,
ne cogitatu quidem intercedere ualeat, aduersus hos quoq; di-
cendum est, Cum à dijs nos immortalibus rationales procrea
ti, nostroq; mobiles instinctu fuerimus, dominos multarum
actionum iure esse constitutos. cumq; ij nostra omnia cernant
imutabiliter, ac constitutiones nostras accipiant, ad has respi-
cientes, nobis, ut qui sponte cōmouemur, q̄d pro dignitate de- E
betur tribuere. Immo uero nos p eiusmodi uisiões appetitus,
inclinationesq; quæ ex cōstitutionibus p̄ueniunt, tale in nobis
ipsis uitæ genus cōparātes, s̄m hanc cōgrua nobis frui Deorū
p̄uidentia. Quemadmodū corpora uidemus, postq̄ igne con
flagrarunt, leuia fieri nā, atq; in sublime obrepere rursus in ter
rosius ac grauius mutata, contra pro eo q̄d tunc in ipsis est pō
dere in p̄ceps deferri. Sole quoq; rege ad meridiē superius he-
mispæriū totum illustrāte, luminis cōmodis tum uigilantes tū
oculis pro nāę modo p̄ditos frui. dormientes aūt, uel cōniuen-
tes, uel qui aliter oculos contexerūt, ea sua ipsorū culpa nō asse
qui: uerum nō inuidia quapiam Dei: qui lucē liberaliter cūctis
suppeditat. Sed hæc satis superq; p̄duximus: cū Phorum ostē-
dere uellemus cōsensum: ac theorema quæri apud ueteres so-
litum, plane inscrutatum p̄teriri nequaquā p̄baremus. Ab his
uero deinceps syllm̄ quem Aphrodisieus prodit interpres cō-
templemur: quiq; Nomina & Verba natura tantum esse uide F
tur asserere. Nomina enim & Verba uoces sunt inquit: uoces
autem nā: natura igitur noīa uerbaq; sunt. Ad hæc itaq; dicen-
dum, Nomina & Verba uoces esse nō absolute, sed māę rōne
pronūciari. Quo mō igitur si quisq; dixerit, Ianua lignum est:
Lignū, naturę est opus: Ianua ergo est opus nāæ, ridiculus fue
rit (nam ianua lignum esse perhibet māæ nomine. haud uero
quod naturali mā utitur, esse & ipsum necesse est natura/siqui
dem quęcūq; fabricatur ars, cum ex nostra existant cogitatio-
ne, circa nālem materiam subsistunt) eodem & hic pacto uo-
cem naturæ donū esse fatendum est: cum uocales simus natu-
ra: Nomina autem & Verba uoces esse dictum iri non simpli
citer, sed tali uel tali rōne formatas fictasq; à locutoria, ut uo-
cant, imaginatione, uocalia instrumenta hoc illoue modo agi-
tante: ut lignum à fabro ad ianuæ fabricationem. Quo pacto
igitur lignum prius q̄ formam acceperit haud quis uocauerit
ianuam, ita nec uoces nisi tali uel tali ratione effigiatas, nomina
uel uerba appellauerit. quāobrem ea formæ beneficio talia eē G
perhibentur: ex mentisq; nostræ indagatione p̄genita: atq; ob
id positione. hæc itaq; ad syllogismum. Cęterū Aristoteles ex
composito Nomen esse inde cōmentatur, q̄ cum primo ortu
nominis atq; impōne p̄tinus id eius rei notam esse q̄ noīatur,
nec nāle simulacrū appareat: aut totū certe hoc, artificiale si-
mulacrū esse uideat. Quocirca si qs ēt genus ingrat Noīs, qm̄
uocē māæ ad ipsum rōnem habere affirmamus, notā assigna-
bimus: ut eius re uera finitio sit. Nota ex uoce significāte, ex cō
posito, sine tp̄e, cuius pars separata significatrix nulla ē, subam
quādam uel p̄sonā declarās. nimirū ipsius nūc tradito gn̄e: ijs
uero q̄ ante hac atq; nūc in definitionis ordine prodita sunt, in
noīs nos intelligētiā tū ab ipsius mā, tū à forma p̄xima deducē
tib⁹. uelut si sedile explicare qs uolēs, satis eē ad ipsius rep̄sentā
dā notionē ducat, lignū tali figura structū eē dicere. tāetsi dicer
exq̄site loquēti liceat, instrm̄ eē ad hoc utile, ex ligno, tali fabri
catū figura. Erit aūt hoc idē. v3. & Verbi & Orōnis genus si isi
tā illis significatricē uī spectes. Nā de se q̄d sīnat q̄ q; signātur H
mutua relatiōe p̄dicāt. Qua de re eoꝝ q̄ significātur notę me-
rito erūt illa q̄ ex cōposito signant. Q. āt ad dictionē p̄tinet, ip
samq; cōplētiū syllabaꝝ multitudinē, hoꝝ q̄duis ad quātū rete
remus. Porro si Nomē tum notæ, tū simulacri artificialis ap-
pellatione uocandū dicimus, mirū nō est. erit. n. q̄d positū est
sine scopo, nota dūtaxat. q̄d aūt rōne excuditur, q̄tenus ex alijs
pōt syllabis alijsq; cōstare, simile notis est. ut eius uero q̄d no-
minatur nāę conueniēs, simulacrū, nec nota. Sed hęc uelut co-
rollaria sunt ex supradictis sumēda, p̄sona utiq; ijs q̄ in Craty-
lo de Nomine sunt à Socrate tradita. Etenim Nomē inquit ille
singularum rerum substantiæ imitationem esse, per uocem ar
ticulatam, quod idem dictu est atq; ex elementis ac syllabis,
constitutum, quemadmodum Verba imitationes consequen-
tium esse idest eorum quæ substantijs nituntur. Orationem ue
ro eam quæ ex ambobus nomine & uerbo composita est. q̄si
ipse quoq; tum per hæc, tum per ea quæ in Sophista sunt ante
Aristotelem disputata, Nomen & Verbum solas proprie par-

I tes esse statuat Orationis. Vsum autem eius dictionis/ex compositio/ostendemus Philosophus {Siquidem & illiterati} inquit {Soni} idest uoces inarticulatę {Quicquã declarãt,} (Sonum enim in præsentia ceu uocis genus pro specie usurpauit) {Vt ferarum:quorum nomen est nullum.} perinde quasi dixisset, quoniã absq; additione hac nihilo magis nomen declararemus, quam, quæ natura pronunciant, uoces illiteratas. ut brutarum Animantium:quas feras, uelut Plato quoq; appellauit:quasi cognata ijs magis ĩmanitas ex eo sit quod ratione uacent, naturaq; inepta sint ciuilibus muneribus perfungẽdis: sed ascititiam mansuetudinem accipiant:uel eæ ipsæ in quibus inesse quandoq; hæc mitescentibus uidetur. Illud autem {Quorum nomen est nullum,} aut pro nullus dictum est, quorum sonorum nullus est nomen:aut per uerbi phthegmatos.i.uocis defectum, quarum ferarum nullum phthegma est nomen. haud enim sane non esse uocum nomina irrationabilium animantium diceret:nam quædam latratus, quędam hinnitus, aut mutitus uocatur. Hæc cum exposuerit, de cæteris, uoce inquam, & significatiua nihil addit: quasi per se prospicua admodum sint. De infinito autem nomine sermonem profert, atque inquit.

K

VII Non homo vero Nomen nõ est. Atqui ne nomen extat quidem quo id conueniat appellare. nam neque Oratio est, neque Negatio. Sed sit infinitum Nomen: quoniam cuilibet tum quod est, tum quod non est, itidem competit.

Huius autem nunc meminit præcepti, quoniam uidebat in Enunciationibus quoq; sæpenumero id genus uoces assumi: uelut cum dicimus/non homo ambulat/: quæ nomen nullum ab Antiquioribus meruerunt. Docet igitur & quibus nomine præditis uocibus easdem esse suspiceris: cum eędẽ re uera non sint, ac quonam eas pacto nominare æquum sit. Itaq; tametsi illas esse nomina suspicari quis præsertim ex eo possit, q; simili ratione cum ueris nominibus subiectorum in propositionibus locum obtineant, quodq; ijs definitio reddita cõueniat nominis. (nam tum ipsis competunt prospicue reliqua: tum neq; significatiuæ in his partes per se sunt ipsæ/non/et/homo/, quãdo ut unius uerbi/non homo/partes capiantur) non eas tamen operæpretium putat Aristoteles simpliciter nomina uocare: propterea q; significatiuum unius naturæ nomẽ est, eius quod nominatur: singulæ autem huius generis uoces unum id tollũt quod absq; negatione prolato nomine indicatur: omnia prꝗter illud quæ sunt quæq; non sunt cætera inuehunt. /Non homo/ enim de solo non dicitur homine. de equo autẽ, & cane, & hircoceruo, & hippocentauro, demũ de his quæ sunt ac non sunt omnibus dicitur. Quapropter totum hoc ipsas infinita Nomina uocari iubet. nomina quidem, quoniam, ut de ijs post disputabitur, unum quodam modo & hæc significant, hoc est uniuersa præter finitam rem tanquam unum: ut non homo quicquid prꝗter hominem est, quasi unum designat/ hoc ipso q; cõmune quiddam habent omnia, quod homo est, id non esse. infinita autem, quoniam quod ab ijs indicatur, non aliquã rei existentiam notat, qui mos est nominibus: sed existentię priuationem, pariter ijs quæ sunt & non sunt congruentem. Quoniam autem id genus uoces, aut negationes eẽ quisquam putare ob negatiuæ particulæ additionem posset, aut certe orationes, propterea q; compositionem quãdam referant, iccirco admonet neutro harum nomine eas posse, neq; negationis, neq; simpliciter orationis uocari. Non sunt igitur negationes: quoniam negatio omnis negatiua dempta particula fit affirmatio. nam & hac affirmationem superat. fiunt autem nomina nõ affimationes ex huiusmodi uocibus negatiua detracta ꝑticula. Sed neq; simpliciter orationes. Neq; enim Precationes, neq; Iussiones, neq; Vocationes, neq; Interrogationes, neque Enunciationes denicq; sunt. quandoquidem Enunciatio omnis aut ueri significatrix est, aut falsi: quorum neutrum ab id genus uocibus indicatur. Quoniam ergo neutro, uel orationis, uel negationis uocabulo nominare eas licet, neque aliud ullum in usu habemus eiusmodi uocibus attributum nomen: ut talibus, nominis: talibus, uerbi: affirmationis autem talibus, aliudq; alijs, eas nos inquit infinita nomina uocemus. Per uerba autem illa {Sed sit infinitum nomen,} constat ipsum eius notæ uocibus hoc nomen indidisse.

L M N

VIII At Philonis, vel Philoni, ac talia omnia, non Nomina sunt: sed casus Nominis. Ratio autem ipsius, in cæteris quidem ijsdem est consentanea: differt vero, quoniam cum verbo, est, aut, fuit, vel, erit, verum, aut falsum non prodit. Nomen autem perpetuo: vt, Philonis est/: vel, non est/. nullum enim adhuc nec verum, nec falsum pronunciat.

O

De pronunciatione illa Nominum quæ in recto sit, quæri apud Veteres solitũ est, utrum casum ipsam appellare, an nequaquam pars sit: sed hanc quidem nomen, quasi per eam res quælibet nominet: alias autem casus nominis, ut quæ à recto per transfigurationem deducantur. Prostatq; posterioris opinionis uindex Aristoteles, quem sequũtur Peripatetici omnes: tuentur priorem Stoici: & ueluti horum asseclæ qui Grãmaticam artem profitentur. Enimuero cum aduersus hos Peripatetici quinque alias quidem pronunciationes casus merito appellari dicant ea de causa q; à recto exciderint, Rectum uero haud ulla ratione par esse casum nominare, ut ab aliquo delapsum: quippe constare omnem casum ab aliquo superius posito fieri oportere, Respondent Stoici, hunc quoq; ab Animi/ cecipisse conceptu. cum enim uolumus quem in nobis ipsis habemus conceptum Socratis prodere/ Socrates/ uocem proferimus. Quemadmodum igitur stylus superne dimissus rectusque humi defixus tum cecidisse perhibetur, tum rectum casum obtinuisse, censemus eodem pacto & rectum à mentis conceptu excidisse. rectum esse autem ob principalem in uoce edenda pronunciationis figuram. Verum si Rectum (inquiunt Peripatetici) casum ob id cẽsetis nominandũ, utiq; & uerba casibus contineri accidet: atq; aduerbia: quibus ne declinationes quidem sustinere est natura insitum. at hæc sunt plane absurda: uestrisq; ipsorum præceptionibus repugnant. Eadem quoq; in eos dici congruum erit qui generale quoddam supponunt nomen, atq; ab illo singulare nomẽ cecidisse aiunt. Neq; enim aperiunt quid tandem sit id quod generale nomen uocant. neq; si conceptum ipsum nominum uel cõmuniter de omni prædicari dicant, proprium aliquid nominis referent. erit enim in cęteris quoq; Orationis partibus ratio eadem. Quare primas quoq; Verborum uoces (Græci thema ta nominant) in recto pronunciari dicemus. similiter & quæcunq; aliæ de partibus Orationis prædicantur. Has ob res igitẽ peripatetica de ijs constitutio præferenda est. Cæterum casus discernit hoc loco Aristoteles à Nomine: idq; quoniam perinde finitionem redditam nominis atque idem admittunt: eo nimirum q; Nomen uerbo/est/iunctum, uel/fuit/, uel/erit/, uerũ aut falsum profiteatur: casus haud etiã/. Nam qui/Philo est/ pronunciauit, uel fuit Philo, uel/Philo erit/aut uerum. aut falsum dixit. Qui autem/est Philonis/uel fuit/uel erit/uel/Philoni est/nihil ueri prodidit, nihil falsi: propterea q; additionem aliquam postulant id genus Orationes ad sententiam absoluendam. Ergo nisi/filius/uel/amicus/uel/ager/addatur, ut/Philonis filius hic est/uel/amicus est hic Philonis/uel/hic Philoni est ager/nihil ueri, nihil falsi conficitur. Potest quidem species alia quępiam Orationis, ut uocatiua, uel solo uno casu declarari nominis: quam ob id ipsum Vocatiuam nuncupant: cum nullius uerbi adminiculo ad significandum opus habuerit: ut Atride felix, o fortunate, beate. iccirco & in hoc uocem supprimimus: uocatumq;, nisi quid uetet, ad nos ipsos conuertimus: atq; ut

P Q

uocationis

A uocationis necessitatem roget, ad respondẽdum cõmouemus quasi perfecta sit in eo sententia: Enunciationẽ tamẽ facere uel hic, uel casus alius quispiam, ne si/est/uerbum quidẽ accipiat, potest. Bene admodum autem Porphyrius annotauit Philosophus uerbum/est/non pro omni acceptum uerbo esse: sed ipsum id solum capi quod ab ente est detortum, solamq; essentiam declarat/ut perfectam orationem faciens iunctum nomini: obliquis uero, imperfectam. Quippe uerba multa sunt casibus constructa quæ ueras uel falsas orationes moliuntur: minime uero applicari nominibus ualẽt: ut pœnitet: quale est pœnitet Socratem. At Socrates pœnitet insociabile est. Vbi Stoicorum quoq; de subiectis terminis in ꝓpositionibus constitutionem recenset ea est id genus. Quod prædicatur uel de nomine, uel de casu prædicatur. quorum utrunq; aut perfectum est ut prædicatum, sufficitq; cum subiecto ad concinnãdam, Enũciationem. aut imperfectum, additioneq; egens aliqua ut absolutum prædicatum reddatur. Siquid ergo prædicatum de nomine confecerit enunciationem, Categorema, & Symbama apud illos, hoc est Prædicatum, & Accidens nominatur. idem enim significant ambo: ut/ambulat/: uerbi causa/Socrates ambulat/: Sin de casu, Parasymbama: ut q̃d adiaceat symbamati/uelutq; Paracategorema sit/tale/est uerbũ/pœnitet/: ut pœnitet Socratem Est enim pœnitetur, ut ita dixerim, hoc est pœnitentia ducitur symbama: pœnitet, parasymbama: quod enũciationem facere nequit additũ nomini: ut/Socrates pœnitet/. hoc enim nulla est enunciatio. Sed neq; admittere declinationem potest, ut/ambulo, ambulas, ambulat/: neq; cum numeris euariare. Nam quo pacto/pœnitet hunc/dicimus, ita q̃que/hos pœnitet/. Rursusq; si prędicatum denomine casus nominis cuiusquam additione ad enũciationem faciendam opus habeat/Minusquam categorema nũcupatur: quale est: diligit/ & fauet: ut/Plato diligit/. nam si quem diligat adijcias, ut Dionem, finitam enunciationem facis: quę est,/Dionem Plato diligit./Sin quod prædicatur de casu, alij casui coniungi ad enunciationem statuendam requirat, Minusquam parasymbama dicitur. tale est/ miseret/: ut/peccatorũ miseret Socratem. omnia autem hęc Verba nominant. Ac talis quidem Stoicorum de his est constitutio. Nos uero summatim ea quæ ab Aristotele prodita de nomine sunt colligentes, proprie Nomen fore, quod ad præsentem institutionem attinet, dicimus, uocem significantem, ex composito, cuius significatrix pars nulla est, separata, finitum quicquã indicans, atq; cum uerbo/est/uel/fuit/uel/erit/uerum aut falsum declarans. Sed quãobrem non hãc ab initio reddidit finitionem Nominis Aristoteles: ne oratio in finitis cõmemorandis nominibus ac casibus turbaretur? Proinde multa apud illum significata eẽ Nominis monemus. Etenim uocem omnem ex composito cuiusq; significatiuam rei, Nominis appellatione dignam arbitratur. uelut Sapiẽs quoq; in Sophista: qui Nomen simpliciter in proprie dictum Nomẽ Verbumq; partitur: quo quidem significatu possunt & Verba nominum uocabulo contineri. id ipse uero in sequentibus palam facit, cum Ipsa ergo si perse inquit, dicantur Verba, Nomina sunt, aliquid q; significãt: quasi ea nominum appellatione censeri dignum putet, ob significandi facultatem. quandoqdem ceu nomina quoq; interdum sunt actionum, aut affectuũ à quibus indicãtur. Vocem quoq; omnem quæ in propositione Subiectum facit, Nomẽ apud ipsum dici comperies. declarabit hoc tertio libri capite his uerbis, Nomina autem & Verba si transponãtur idẽ significant. Hac ergo significatione/bonus/&/iustus/cætera q; eiusmodi, si in cõmunicatione aliorum quorũdam spectentur participum subiectorum, ac de quibus prædicari natura ualent, Verba, nec Nomina uocantur. at cõtra/ambulare/&/philosophari/non Verba, sed Nomina: quoniam in propositionibus terminos faciunt dicentibus/ambulare est moueri: philosophari est utile/. quo etiam fit, ut iungant ijs Græci articulum: uelut quæ locum nunc expleant nominum. Quin & aliter Nomen pro edita à principio nominis finitione dicitur, significatiua uox omnis, ex composito, sine tempore, cuius pars nulla separata significatrix est: qua ratione & /bonus/&/iustus/&/non homo/&/Philonis/&/Philoni/eẽ poterunt Nomina. Ad hæc quoq; Nomen appellatur uox omnis quæ proditam nominis definitionem capit, ac finitum aliquid certum q; indicat: quo significatu casus uocabulo nominum dici nil uetat: infinita nomina haud quaquam licet. Dat autem intelligi hæc nobis, cum omnem ꝓquit Affirmationem Negationemq; aut ex Nomine & Verbo, aut ex infinito Nomine Verboq; constare: utiq; nomen dirimens ab infinito dũtaxat Nomine: haud uero etiam à casibus. Item præter enumeratos modos omnes nominis, appellatur id nomen quod ex additis finitioni redditæ nominis distinctionibus perfectum est: semotis tum casibus, tum infinitis nominibus. Nomen itaq; cum quinque appelletur modis, quæ hic ab Arstotele produntur uniuersa recte sese habere affirmandum est. Etenim finitio deprompta Nominis tertio enumeratorũ, significato ipsius integra est. neque post additæ cautiones derogant finitioni: sed significata nos quædam alia docent Nominis: nẽpe quæ de infinitiis traditur nominibus quartum: quæ de casibus quintũ. Verba autem illa dictionis, {Ratio autem ipsius in cæteris quidem ijsdem est consentanea,} de eo dicitur nomine quod per casum aliquem profertur: nimirum esse id definitionem, quam rationem uocauit, nihil in cæteris quidem diuersam ab illa quam à principio edidit finitione nominis habiturum. Nam hoc quoque uox est significans, ex composito, sine tempore, cuius pars separata nulla significatrix est. cæterum hoc differentia illa superare, quæ casus à proprie dicto segregat nomine: quatenus casus si cum uerbo/est/uel/fuit/uel/erit/proferantur, Enunciationem nõdum absolutam faciant: ideo nec uerum nec falsum decernant. Nomini autem uel solum aliquod unum ex uerbis satis esse ad perfectam cudendam Enunciationem. Sunt porro & uerba illa ab Attica cõsuetudinem desumpta: nempe eorum qui multa simul suffragia ad populum ferunt. Nam Scriba cum primam ex conscriptis sententijs populo legeret, eius nomen qui scripsit, patrem, tribum, remq; exponebat: ut Demosthenes filius Demosthenis pæanieus hoc affert suffragiũ. Secũdo uero, siue etiam tertio, si ita forte acciderit, declarãdo, aliud quoq; eiusdem uiri lectum iri suffragium tantum indicabat, cum ad populum diceret, priusquam id legeret, cætera q; dem ijsdem consentanea sunt: hæc uero etiam censet. Quãobrem hac ipsa quoq; in Gorgia dictione usus Socrates, eam illis qui in populo conscribuntur tulit acceptam.

B C D E F G

DE VERBO.

IX VERBVM autem est id quod ad, significat tempus: & cuius pars nulla seorsum significat, sempercq; eorum nota est quæ de alio dicuntur. Porro adsignificare inquam tempus, quo modo valetudo nomen est: valet autem verbum. adsignificat enim nunc esse. Ac nota semper est eorum quæ de alio dicuntur, nempe illorum quæ de subiecto, vel in subiecto sunt. At non valet, &, non laborat, verbum non voco. adsignificat enim tempus, sempercq; est de aliquo. non est autem differentiæ inditum nomen. sed esto initum Verbum: quoniam vnicuique tum quod est tum quod non est pariter competit. Similiter, valebit, quoque, &, valuit, nõ verbum sed casus Verbi: eo sane à verbo differentia, quod illud præsens tempus, hæc circumiacens adsignificent.

H

I Absoluta quidem Verbi finitionis redditio, similiter utique Nominis editæ finitioni, fuerit, uox significans ex compositio, cuius pars nulla seorsum significat. Aristoteles aũt uelut amator breuitatis posthabitis omnibus ijs quę Verbo cum Nomine sunt cõmunia, ut quę in nominis ratione explicata iam sint, ab illo quo differt Verbum à Nomine (differt autem adsignificando tempore) institutionem de eo conficit. Verum si ita sese habet hoc, quid ergo illud addidit, { Cuius pars nulla seorsuʒ significat: } quod in Nominis quoq; ratione postulatum est? Itaq; ad hãc difficultatem Porphyrium illud dicamus, quasdam esse Orationes ex uerbis compositas quarũ significatiuę sunt partes, ipsa inquã Verba ex quibus orationes consistunt: ceu cum dico /ambulare est moueri/. Nãq; ambulare/&/moueri/&/est/cum totius partes sint orationis, significatiua per se sunt ipsa. Ergo ut ab id genus orationibus Verba secerneret, quibus partes aliæ uerbi finitionis conueniunt, uox inquam, significatiua, ex composito, tempus adsignificans, ipsam necessario uel hoc loco differentiã adiecit. Sed quo modo non significare tempus, sed adsignificare Verbum dixit? An quoniam
K significare est, ut supra quoq; admonuimus, aliquid in primis declarare. adsignificare autem, præter id quod primum declaratur, simul aliud quoq; secũda ratione quidquam pręse ferre. At uerba, cum actiones potisbmum quasdam aut affectus declarare uolumus, pronunciamus. tempora uero quæ actionibus uel passionibus adiacent, in quibus esse illæ uel fuisse, uel fore perhibentur, cum his uelut simul elucescentia uidemus. De cætero autem deinceps & constructionem quam in propositionibus obtinet Verbum docet nos Aristoteles: ac { Sẽperq; eorum, } inquit, { Nota est quæ de alio dicuntur. } id est autem, prædicati locum à uerbis perpetuo, nec subiecti occupari. idq; non iniuria. Nam si actionum significatiua sunt uel passionum, hæ uero non sunt absolutę, nec ipsæ per sese existunt, sed ad alia quę agunt uel patiuntur relationem habent, patet cõueniens utiq; ijs esse ut de illis prædicent.
L Sic uero statuit & Plato de ijs in Sophista, significatiuam quidem omnem uocem Nomen appellari his asserẽs uerbis, Ho.
" Age ergo quemadmodũ de speciebus ac literis disputauimus,
" rursum itidem de Nominibus consideremus. nam hac quodã
" modo ratione id diluescit quod in præsentia quærimus. The.
" quidnam intellẽdum est de nominibus? Ho. Vtrum inter se
" omnia congruant, an nullum: uel quædam uelint, quædam ue
" ro minime. The. Constat hoc sanẽ, uelle alia, quædam nolle.
" Ho. huiusmodi quiddam ais fortsitan. Quæ nõ interposita mora pronunciantur, & quidquam indicant, mutuo conuenire: q̃ continuata nihil significant, non cohærere. ex quibus uel illud dilucet, orationem unam ante Aristotelem dictam esse illam à Platone quæ unius rei significatiua esset. hoc enim est in dictione illa /quidquam indicant/. siquidem & quæ inconcinne se habent, hoc est non inter quiescendo prolata inter se Nomina sine Verbo, uel Verba sine Nomine, significant omnino: sed plura, & non aliquid. Solas autem species duas esse significatiuarum uocum, Nomen & Verbum: quorũ illud substantias declarat: hoc actiones uel passiones: quas ille græce
M praxes, id est gestiones nominauit, his docens cõsequentibus.
" The. Quomodo istud quoddam dixisti? Ho. Quod te arbitra
" tum confiteri existimaui. Est enim duplex nobis genus earum
" declarationum quæ circa substantiam uoce fiunt. The. Quo
" pacto? Ho. Alterum Nomina uocatum: alterum Verba. The.
" Dic utrunq;. Ho. Declarationem qua gestiones significantur,
" Verbum uocamus, The. etiam. Ho. Signũ autem ipsis impositum uocis illas gerentibus, Nomen. Ex quibus ipse palam cernitur non solum actionum aut affectuum significans uerbum esse dicere, q̃d gestionis uocabulo indicatur, sed signum quoq; seu notam ante Aristotelem nominare: nimirum signo significatiuum apud utrũq; auctorem declarante: positioneq; significatiuum: sed non natura: quo mõ superius de ijs, cum de Nomine ageretur, explicatum est. Quin & aduerbiũ { Semper } nõ sine causa adiectum est in dictione illa, ac nota semper est eorum quæ de alio dicũtur. Hoc enim Verborum maxime p N
prietatem ostẽdit. quoniam & quædam Nomina interdum p̃dicari nil uetat: ut animal de homine. sed illa neq; ex eorum numero sunt quæ solum perpetuoq; prędicantur: neq; per se ipsa sine aliquo Verbo prædicata, ut/est/uel/non est/absolutã orationem efficere natura ualent. at Verba propriam uim seruantia, solum semperq; ipsa per se prædicari accidit. Hęc de uerbo locutus, deinceps quæcũq; ad præceptionem contulit, explanare contendit. ac iure id primum quod adsignificare tempus dixit, nimirum necessario assumptum, ut Verbum à Nomine plane distingueretur, aperuit breuiter, Nomine & Verbo, quę circa rem eandem uersantur/ualetudine/inquam &/ualet/mutuo collatis: ostensoq;, Nomine nullius significatiuo esse tẽporis: Verbo autem præter eam affectionẽ quam præcipue declarat, tẽpus etiam significare. Ab hoc uero, dictione illa omissa/cuius pars nulla seorsum significat/ut quæ cum de Nomine ageretur, satis adepta est explanatiõis, ad reliquum transit: ac significatiua dicta esse illorum inquit uerba quæ de alio prædi
O cantur, hoc est de subiecto: uel in subiecto. idq; ꝓpterea, quoniam Verba, quo pacto & Nomina, alia, quasi per essentiam sint in ijs de quibus prædicantur, completiuaq; illorum, prædicari dicuntur: quod in Prædicamentis/de subiecto/uocabat. alia ut accidentia subiectis: quod/in subiecto/appellatur. Quẽ admodum enim de homine animal albumq; prędicantes, quę Nomina sunt, non eodem utrũq; prædicamus modo, sed animal ut de subiecto de homine dicimus, albũ quasi in ipso subiecto ipm cẽ obtineat, ita res quoq; in p̃dicatione habebit Verborum. Nam ubi dixero, /ambulare est loco dimoueri/uel/calefacere est facere/dimoueri loco de ambulãdo ut de subiecto prędicaui: facere de calefaciendo: quoniã illis generaliora sunt. cum autem/Socrates ambulat/pronũciauero, uel/Plato legit/ prædicantur per accidens hic de subiectis prædicata. Ergo ut
P species ambas ostendat prædicationis, ob id cum perpetuo p̃dicari solere Verba prodiderit, ita subiunxit, modo ut de subiecto, modo ut in subiecto prædicari. Sed hęc quidem expositio quadrabit ita sese, ut apposuimus, habente scriptura: quam in plurimis inuenimus exemplaribus. Quod si qui habere se eam & hoc modo uoluerint, /ac nota semper est eorum quę insunt, ut eorum quæ de subiecto uelut Porphyrius inquit Philosophus, hic illud/de subiecto/pro, in subiecto quoq; dicemus accepta. Quod enim in subiecto appellatur, id indifferenter de subiecto uocare quandoq; consueuit. Prior igitur scriptura interpretatioq; eligenda est. Verba autem subiecta quoq; inter
Q dum fieri, ut philosophari, cum philosophari dicimus utile est/ & ambulare/in propositione illa/ambulare est moueri/neque tunc ut uerba, sed tãquam nomina in orationibus capi, ob id q̃ ipsis præponi articulum, supra memorauimus. Ac dicere sane oportet fortasis, ab actionibus passion busq; haberi quasdã naturas ac proprietates, quibus etiam à se mutuo differant: & eas dici aliorum quorũdam agentium esse uel patiẽtium: significariq; eas à nobis: à quibus interdum uelut ex entium numero sint, ac quãdam obtineant naturam, alias circa subiecta q̃dam alia subsistant ipsæ cernuntur. Proinde uoces quę substãtias illarum significant, Nomina uocari: Verba autem, quæ ad subiecta relationem declarant. Quare/philosophari/&/ambulare/ac demum quęcũq; apud Grãmaticos Infinitiua nominãtur, quatenus adsignificant tempus, Verba dicuntur, nec Nomina: quoad uero quoquo modo subsistẽtia quædam indicãt, ipsas inquam actiones uel passiones, præponiturq; ipsis apud Græcos Articulus, qui Nominibus anteire duntaxat solet, nec ꝓpetuo locum obtinẽt prædicatorum, id quod proprium uerbi esse uult Aristoteles, Nomina, nec Verba nuncupantur. Cęterum illud attendendũ, cum prædicata quoq; hæc fiunt, quẽ admodum/moueri/in propositiõe hac/ambulare est moueri/ uel/iuuari/in hac/philosophari est iuuari/nihil in prædicando à confessis nominibus, ut animali differre. Neque enim possunt hęc sine/est/uerbi additione, uel/nõ est/uel/dicitur/uel/debeo/ ut in hoc/dicere debeo/aut id genus aliquo, absolutam oratio-

A nem conficere. Cum igitur ceu quouis mõ entium quorũdam numina hæc accipimus, tunc & de illis quæ ab his significantur quidquam enũciare ac de ipsis quædam plane uerba prædicare aggredimur/ut i ueris nominibus facere consueuimus. Sed dicta sunt hæc de Verbis ijs quæ à Grãmaticis Infinitiui modi nominantur: quibus etiam solis actiones aut passiones q̃ in subiectorum ordine accipiũtur, cum dicendum de ijs aliqd est, significare ꝓprie solemus. Si qua uero & in alijs modis aliquando fiant subiecta, ut/ualeo uerbum est/sermonem tunc animaduertas non de affectione nobis ipsa quæ indicatur, sed de significante illam uoce haberi: ipsam ut uocem cõsiderantibus, uulgoq; inditum nomen eiusmodi uoce explicantibus. etenim inter ea quę sunt & uoces cõsentur. eas q̃ ut alia quoq;, à se mutuo discernẽtes, alijs alijsq; significamus nominibus. id quod non solum in uerbis inuenies, sed etiã in omni tum significatiua, tum experte significationis uoce fieri. Græci enim
B ho/men/syndesmos dicũt. i. hæc/quidem/coniunctio: & to/to/ arthron. i. hoc/hoc/articulus: & to. i. hoc/cnax/uox nihil significans. At Aristoteles non ipsam per se uocem uerbi esse eam dixit quæ prædicari perpetuo uelit: sed quod ab illa designatur: estq; aut actio quædam, aut affectus. ideo sic etiam dixit, notã semper esse eorum quæ de alio dicuntur. ac de his quidẽ satis. De Verbo autem infinito non prolixiore opus erit nobis oratione. quippe eadem ijs dicemus quæ de infinito Nomine pronunciauimus, nimirum haud omnino à Verborũ natura euasisse: id quod breuiter cõmonuit Aristoteles: cum dixit, { Adsignificat enim tempus: semperq; est de aliquo. } ac quoniam non de certo aliquo dicitur, propterea totum hoc/ Infinitũ uerbum/appellari. Cum uero { non est autem } inquit. { Differentiæ nomen inditum, } Verbi infiniti diuersitatem qua à finito dirimitur, differentiã nominat. huic uero ait diuersitati nõ esse inditum nomẽ, quo infinitum hoc uerbum, de quo sermo
C est, aliud eẽ à Verbo, declarare nobis liceat: quemadmodum nominis à uerbo differentiæ nomen hoc ipsum impositum habemus, quod alterum Nomen, alterũ Verbum uocatur. Quã doquidem igit̃ non sic in Verbo quoq; ac Verbo infinito duo posita habemus nomina, quæ differre hæc inter se ostẽdere nobis possint, sed ipsorum quidem alterum quoddã obtinuit nomen quod Verbum dicitur: alterum à nominum cõditoribus neglectum, nulla eiusmodi uoce donatum est qua significetur discrimini assignatum nomen non esse ait in loquendi usu: hoc est Verbi infiniti proprietati qua à finito seiungitur: quam quidem proprietatem patres auctores q̃; decuit nominum peculiaris cognomẽti cuiusquam dignitate honestare. Quapropter nomen ipse illi statuens, infinitum Verbum id cẽset uocandũ: { Quoniam unicuiq; tum q̃d est, } inquit, { Tum quod non est pariter competit. } saneq; competere pro eo accipit quod est re uera prædicari. Nam uere quidẽ aliquid uel de non ente prædicari, quasi non competens illi, neque competere natura aptum, nihil prohibet: ut cum/hippocentaurus/inquam, nõ ua
D let/uel/non laborat/. aliquid uero ei quod ne quidem est, competere neutiquam potest. Post hęc tradit nobis Verborum ab ipsorum casibus differentiam: quo modo faciebat in Nominibus: atq; à se inquit ea quæ in præsenti dicunt̃ tempore cuiuscunq; fuerint personæ, Verba appellari: ut/ualeo/&/uales/& ualet:/præsenti autem eo uidelicet quod in latitudine spectat̃. nam in momẽto, ut uocant, temporis nihil facere licet aut loq. Quæ uero circũiacens adsignificãt tempus({ Circũiacens } autem nominat tum præteritum, tum futurum, uelut instans ambientia) casus uerbi nuncupari: ut quæ pertransfigurationẽ ab ijs fiant uerbis quæ in præsenti tempore efferuntur. Itaque proprie uerbum esse id quod in præsenti pronunciatur tempore, ac finitum aliquid certumq; significat. Quòd si quis uel hoc loco quęserit, quid sit, quòd non has Aristoteles ab initio uerbi definitiõi addiderit differẽtias, Non nos, ut Herminus, initio proditam definitionẽ eẽ imperfectam excusabimus: sed apud Philosophum plura quoq; significata uerbi esse, atque alterius haberi quidem illam significati definitionem quæ à principio editur: aliud uero quoddam per ea quæ nunc adijciuntur, Phi E
losopho describi. Tripliciter enim Verbum apud Aristotelẽ dici comperies: aut uocem omnem quæ adsignificat tempus, & cuius pars nulla seorsum significat, semperq; de alio dicitur: ut principio definiuit. quo quidem significatu Verba quoque infinita & Verbi casus uerborum nomine censebuntur. Aut omnem uocem quæ præsens adsignificat tempus dũtaxat, ac finitum quidquam declarat: quæ nobis per præsentia uerba significatio traditur. Aut uocem omnem quæ prædicatum facit in ꝓpositione. quo circa/bonus/&/iustus/&albus/&/animal/ cum accepta prædicata fuerint, Verba, si significatum hoc attendas, dicuntur: id quod in neutro priorũ significatu fuit. Porro quòd significatum hoc quoq; agnoscat Verbi, indicauit iã uel inter huiusce tractationis primordia: cum diceret, Itaq; No " mina ipsa & Verba similia sunt illi conceptui qui sine compo " sitione est ac diuisione: ut/homo/uel/album/: nimirum ubi ni " hil addatur. In sequentibus quoq; ipsum in eadem inuenies p " F stare sententia, ubi Nomina inquit, si transponantur & Verba " idem significant. hoc enim effatus, Hominem albumq; propo " nit: atq; utrũq; in alterius locum transmutat: quasi sit horum alterum Nomẽ, alterum Verbum. Ergo si in ꝓpositione/Homo est albus/dicente, Homo assumitur Nomen: uti principio quoq; est acceptum, album ut Verbum capi conspicuum est. Et in ea quæ ad hanc reciprocat, atq; album subiectum, prædicatum Hominem facit, patet album Nomen dictum iis Hominem Verbum. Sed hæc præter naturam est prædicatio: uelut cum domino quoque accidisse Hominem dicimus. Quo fit ut Hominem non proprie uocari Verbum dixeris: nec album Nomen: ut quod nec secundum naturam prædicetur de Homine. At cum de Homine album prædicabimus, erit & prædicatio secundum naturam: & prędicatum iure Verbi appellatione nuncupabitur. quasi quod Homini impertitur significet: de eoq; natura sit idoneum ut subiecto prædicari. His ergo expositis, inspiciamus ea quæ ab Ari G
stotele de Verbo deinceps produntur.

Ipsa ergo si per se proferantur Verba, Nomi X
na sunt: aliquidq; significant. mentem enim sistit qui loquitur: quicq; audiuit acquieuit. verũ sit ne an non sit, nondum indicant. Neq; enim esse uel non esse nota est rei. ac ne si ipsum quidem ens solum dixeris. Nam ipsum quidẽ nullum est: adsignificat autem compositionem quãdam quam sine compositis non est intelligere.

Cum enim per supradicta finitionem Verbi tum cõmunio rem, tum peculiarem nobis tradiderit uult per hæc, quonam pacto sese Verba ad Verum significãdum falsũue quidpiã habeant, explicare. Iam quidem inter initia, ubi cõmuniter de rerum, conceptuum Animi, uocumq; mutua cohæreinta disse H
rebat, simplices uoces omnes similes esse illis conceptibus ꝓdidit qui compositione uel diuisione carent: atq; nec ueritatis capaces esse, nec falsitatis. Nũc uero id ꝓfirmare apertius uult ostendendo eo quod in simplicibus uocibus ueritatẽ admittere & falsitatem maxime uidetur, Verbum inquam, horũ neutrum indicare. Nam ibi parte altera orationis Nomine in medium adducto, tametsi id quã maxime compositum sit, ut/Armipotens, & Hircoceruus/significatiuum esse quidem ut natu ræ cuiusquam aut notionis: non tamẽ ueri uel falsi: nisi Verbũ illi quodpiam additum fuerit monstrabat. Hic autem eadem nobis de Verbo tradens prgecepta, nempe significatiuum id eẽ actionum quarũdam aut passiuum: non tamẽ ueritatis uel falsitatis: nisi aliquod ipsi fuerit copulatum nomen, { Ipsa igitur si per se, } ĩquit, { Proferant̃ Verba, Nomina sunt, aliquidq; significant. } dicitq; nomina, id est significatiua, ꝓinde planiore hoc faciendo subdidit/ aliquidq; significant/. Deinde probans hoc, significatiua eẽ inquam Verba quarũdam rerũ, de-

inceps addit, { Mentem enim sistit qui loquitur: quicq audiuit acquieuit: } uel hoc nimirum dicens, uerbi/ualere/exēpli causa prodeuntem porrigētemq se pariter cum prolationis longitudine expleri nobis intelligentiam: ac quasi in longum cum dictionis expromptu delatam, ubi uerbum totum ptulerimus, uel audiuerimus, firmari ac sisti. uel siqs rogauerit qd agat uerbi gratia Socrates, menteq; ambigua sit ac uelut errante, eo q cum plura animaduertat, quorū singula inesse illi possunt, nullum id esse quod inest certo intelligat, qui responder, atq;/ambulat/inquit, uel/disputat/mentem statuisse, atq ab hæsitatiōe uindicasse. & eum qui percōtatus est, quasi incerto animo fluctuantem, audita uerbi respōsione acquieuisse. Quāobrem pnunciatum uerbum aperte aliquid significauit: si hæc prodito illo gesta sunt. atq; alter cum uerbum protulit, quidquam effecit. eius enim qui scisciratus est mentē sedauit firmauitq;: alter affectus est audiendo: cum acquieuerit. Itaq; significare uerba ex hisce conspicuum est, { Verum sit ne, } inquit, { an nō sit nondum indicant: } Per id autē qd'/sit ne/ait, affirmationem: per id quod/an nō sit/, negationē: uel magis per id qd'/sit ne/inquit, ueri: per id qd'/an nō sit/falsum declarat. Qui enim res dicit, ut sunt naturamq; obtinent, uera dicit: qui uti nō sunt, falsa. Significāt igitur aliquid uerba inquit, affectum uel actionē: sed ueritatem aut falsitatem nondum indicant. atq; hoc ratiocinatione asserēdo, subinde infert, { Neq; enim esse uel non eē nota est rei. } Est autem hæc probatio à maiore, de eo nimirū q Verba uerum aut falsum non admittant. Si enim primitiua magis Verba ac cōmuniora, & in quæ cętera omnia resoluūtur, ipsum i nesse uel non inesse proxime indicantia, cum per se pronunciantur, uerum aut falsum nequaquam decernūt, multo minus sanè alia Verba horum sibi aliquod uendicarint. At si primum sit, erit ergo & secundum. Sumit autem uerba illa quę principij magis naturam referunt, magisq; cōia sunt: & in quæ resoluūtur cætera omnia/est/&/non est/quę/esse/ac/non esse/ appellat: perinde quasi Verba singula in Participium atque horum alterum, finita in uerbum/est/infinita in/ nō est/ resoluantur: ut/currit, currens est: ualet, ualens est: non currit, currens nō est: non ualet, ualens non est/. Hęc igitur sic habentia si nullum ipsa per se uerum aut falsum indicent, quomō consentaneum fuerit rationi, quæ his posteriora sunt, quęq; in esse omnino uel non inesse per horum cōmunicationem declarant, ueri quidq aut falsi prestare? Porro/est/uel/non est/nihil per seipsum ueri uel falsi indicare, uel ex se patet fortasse. (nam qui sexcenties/est, est/uel/non est, non est/dixerit, horū neutrū significauit.) cæterum eodē & hoc modo pbat à maiore, quodam quam uerbum/est/antiquiore petito atq altiore, idest ente: à quo uerbū/est/unde ipsum/nō est/prodijt. Nam ne/Ens/quidem hoc inquit, quod est nomē, quomodo nec deductum ab eo uerbum/est/notam esse rei, hoc est uere rem eē declarare, si solum ipsum pronunciatum sit, quod est si per seipsum dicatur. Significat quidem aliquid & uerbum/est/per se dictum: similiter & ens. sed horum neutrum, licet sexcēties prolatum, sibripsi uendicat ac suppetere dicit ut ueri quidquā, aut falsi indicet. Solæ enim, ut proditum est sæpenumero, compositæ ex Nominibus Verbisq; orationes alteri ex his suscipiēdo natura comparatæ sunt. Horum autem utrūq;/ens/inquam atq;/est/simplex proculq; ab omni id genus compositione semotū est. Si ergo hūt ita sese Auctoris uerba ut apposuimus. neq; enim/esse/uel/non esse/nota est rei, expositionē quam attulimus solam ea confirmātem reperies. Sin ut Porphyrius philosophus scribit, non enim ipsius esse rei nota est, uel non esse (quāquam progressus in priorem scripturā atq expositionem fertur) pōt de uerbis dictum esse cōmuniter omnibus, nēpe significatiua quidem illa, uti proditum est, quorūdam esse: sed non ueritatis uel falsitatis: ut per hæc uerba/uerum sit ne an non sit nōdum indicāt/ostēdit. Huius uero per id causam reddit quod ait, neq; enim ipsius esse rei nota est, uel nō esse. Est autem hoc, non, n, si ipsum per se uerbum dicatur, quam declarat rem, inesse aut non inesse significat. quod si faceret, tunc per se capax falsitatis ueritatisq; esset. Nam qui/ambulat/dixit, significauit quidē certam actionem, cętera de ea neq; uerum aliquod neq falsum prodidit: nisi subiectum quodpiam fuerit additum, cui inhęrēs uel non inhærens ambulare, ueram orationem aut falsam cōfecerit. Itaq; uerba illa, neq; enim ipsius eē uel non esse nota est rei/perinde dictu est atq à prolato per se uerbo neq; rem esse idest quam significat īdicari: quod facere solet affirmatio: neq; non esse: quod negatione declarat. atq; hęc sunt de omni Verbo cōmuniter dicta. Illud uero, { Ac ne si ipsum per se quidē ens solum dixeris, } uel secundum hanc explanationem nullū capax uerbum esse ueritatis uel falsitatis ab eo quod magis uidetur probauerit. Quonam autem pacto demōstratiuum hoc fieri illius possit, nisi per uerbi, est/medium rursus, quod deductum ab ente cōmune est uerborum omnium? Deinceps uero subnectit, { Nam ipsum quidem nullum est. } Nullum autē esse ens dicit, neq; ut significatu carens, neq; ut æquiuoce prędicatum de rebus: sed nullum est inquit neq uerum, neq falsum. { Adsignificat autem compositionem quandam quam sine compositis non est intelligere. } hoc est, pars autem fit compositionis: ut ens est dicentis: circa quam compositionem uerum falsumq; spectatur: quam quidem compositionē sine compositis. i. simplicibus non est contemplari. apertus igitur sensus est. Adsignificari autem ab ente compositionem, neq; ab hoc solum, sed à qualibet similiter quoq; simplicium nocū, non eo modo pronūciatum uidetur, quo per uerbum adsignificari tempus dicebatur: sed pro eo quod est iuxta aliud quodpiam significare: hoc est cuiquam iūctum alij compositionem indicare iam falsitatis aut ueritatis capacem: qua quidem compositione priora intelligi oportet simplicia. Quōd siquis hanc adsignificandi expositionem non admittat, abeat in Alexandri sententiam: qui per uerba illa/nam ipsum quidem nullum est/ac sequentia, de uerbo/est/ disserere rursus Aristotelem dicit, post intersitum sermonem de ente: quasi ne id quidem, ubi ipsum, per se proferatur, ueri quidquā significare aut falsi queat: atq ipsum/est/uel/non est/(eadem enim de utroq; ratio habetur) si per se proferatur ipsum, ueri quidquam significare quidem uel falsi natura ineptum esse dicere: cæterum cum, ut uerba quoq; alia, nomen sit, facultatem potissimum quidem obtinere entis cōmunicationis priuationisue significatiuam. secundo loco & prædicati cuiusdam cum subiecto copulationis: quibus additum, & perfectam orationem facit, & ueritatis indicem ac falsitatis. Nam si proxime quoq; de subiecto, nulloque prędicetur medio, tunc potestate etiam/est/: ipsum, suijpsius cū ente notat complexum: ut/Socrates est ens/. uerbum aūt/non est/diuisionem designat: aut utrūq; etiam compositionem. Vt enim in libris de Anima explicatum est, & is qui aliquid non esse album dicit, ipsum non esse album subiecto coniunxit. Verum tradita nobis orationis partium, Nominis inquam & Verbi, contemplatione Aristoteles, ad compositam quoq; ex ijs deinceps Orationem transit: atq ait.

DE ENVNCIATIVA ORATIONE.

ORATIO vox est significatiua cuius ex partibus aliqua separata significat vt Dictio: verū non vt Affirmatio. Homo verbi causa significat quidem aliquid: non tamen esse aut non esse. sed erit Affirmatio vel Negatio siquid fuerit additum. verum non vna hominis syllaba. neque enim in sorex rex significat: sed vox nunc est duntaxat. In duplicibus vero aliquid significat quidem: at non per se, sicuti diximus.

Quam

Quam igitur ob causam de Nomine & Verbo locutus non de Negatione & Affirmatione, postea de Enunciatione, postremoq; de Oratione disputet, ut pollicitus à principio fuerat, sed de ijs docendo pergat contra quam in huiusce operis exordio, ipsorum, ut quæ tradi deberent, enumerationem fecerit, prius dictum est. Eorum autem interpretationem molientes quæ ascita ad proprietatem sunt Orationis exprimēdam, quod quidem uox, ac significatiua sit præterimus: ut quæ aperte admodum sint & in orationis partium definitionibus iam percepta. /Ex composito/autem nunc omissum esse arbitramur, tum uelut ex ijs notum quæ de nomine, ceu quod ex composito constat, prodita sunt, in Verbo autem tanq; simili se modo habente super habitum: tum quasi paulopost opportune addendum post confutatum illum qui oppositam orationem, hoc est non positione, sed natura esse uideur asserere: sorsitan uero & per inde quasi à sequente differentia comprehēdatur. Illud autem, { Cuius ex partibus aliqua separata significat, } soli articulatæ adest uoci: quæ ex nostro instituto constat. At partem aliquam habere significatiuam, Orationē à partibus eius per se absolutis, nomine uerboq; distinguit. qm illorū neutrius aliqua significatiua pars erat: partes uero significatiuæ quædam sunt orōnis Nomina inq; & Verba. Porro significatiuas esse partes orōnis si per se ipsæ capiantur, non simpliciter dictum est, sed ex partibus aliqua: ob priuatiuas nimirum particulas insitas negationibus, articulos, coniunctionesq;: ut cum/homo, inq, animal est:/uel/sedet quidem Socrates, Plato uero ambulat. Nā hæc partes communius quidem Orationis appellantur: per se autem ipsa si considerentur, significatione uacant. Atq non hę solum, sed Nominum quoq; ac Verborum partes, quæ nihilo minus partes esse compositæ quoq; ex ipsis orationis uidentur significatione omnino carent: ut proditum est sæpenumero. Has ob res igitur significatiuam esse ex partibus Orationis aliquam dicit. Significatiuam uero esse { Vt dictio: sed non ut affirmatio } inquit: quoniā Dictio, ut & ante docuimus, uox est simplex, cum ceu pars Enunciatiuæ orationis capitur. declarat autem in sequentibus aperte hoc Aristoteles: cum ait, Nomen igitur aut Verbum dictio tantum sit: quandoquidem ei qui sic uoce quidq; declarat, nō ita dicere licet ut enūciet. Quoniam igitur significatiuas quasdā habet partes omnis Oratio, hæ autem in quibusdam sunt Orationibus uoces simplices, quas, uelut in propositionibus, Dictiones uocari monuimus, in alijs Affirmationes integræ, siue etiam Negaiones ut in oratione dicente, /Socrates sedet, & Plato non sedet/: partes hæ/Socrates sedet, & Plato non sedet/, Verum Orationes eæ quarum partes affirmationes negationesue sunt, dictiones habent etiam ex quibus illæ gignuntur, quæ autem dictiones obtinent non affirmationes omnino aut negationes comprehendunt, pterea cum significatiuam eam partē quæ semper est in orationibus ostendere Philosophus uellet, hæc addidit: ne Orationes quasdam ipse quæ partes habēt affirmationes uel negationes conspicatus, partes sic putares Orationis significatiuas esse oportere, ut prædicari aliquid uel non prædicari de quoquam significent: sed opus esse intelligeres partem Orōnis, quasi dictricem solum uel declaratricem naturæ cuiusquam aut actionis contemplari. Atq illud fortasse quod ex partibus dicit Orationis quasdam esse significatiuas non per se intelligendum est, ad articulorum, coniunctionum, ijsq similium differentiam: sed totum deinceps legendū, cuius ex partibus aliqua significat ut dictio: quo distinguatur à cōpositis partibus, ac iā per enunciationē, platis: perinde quasi significatiuæ partes oēs sint orōnis sed aliæ dictionū mō, atq in oī orōne ex necessitate spectentur aliæ ritu enūciationū, nec cōspici in simplicibus orōnibus possint: ut hæc quoq; locis alijs oibus cōsona sint Aristo. & Plato uidātur, pcipiūt. Ceterū admirari minus puenit, si nominū partes atq uerborū mereri nequaq; arbitremur ut cōpositæ ex ipsis orōnis, pprie partes nominent. qppe in oibus ijs q exacta pfectaq sunt partes singulas indicare ex, pxima integritate cōsueuimus. exiguū uerbi grā lignū ex nauis decisum gubernaculo uel carina, horū partem ipsorū qdem: non tñ ad nauem referentes appellamus eodē & in cæteris mō q tum arte tum natura cōsistunt. Nā syllabas nominamus cōnexiones solas elementorū primas. nomē aūt trisyllabū uocamus uel quadrisyllabū: ceu simplex qdlibet ad id referentes qd' pxime ex ipso cōpositum est. Præterea partes nominū & uerborū sola pnunciatione, non ui significandi partes ipsorū eē cēsueris. ideo prius quoque pars eorū nulla, si abiuncta sit, significatiua eē phibebat. Quare & orōnū partes eē atq nō eē eędē dici poterūt: ipsa uero nomina & uerba, cū nō solū pnunciationē, sed significationem quoq; orōnum sua compositione efficiāt, primaq; significatiua obtineāt facultatē, partes ēt eē orōnis primas merito affirmamus. Quāobrem & in Cratylo nomē exiguā eē orōnis portiunculā pdidit Socrates: id uidel cet: qd cōmuniter de pprie uocato nomine & uerbo prędicatur. Si quis uero q̄sierit, qūo orationem oēm significatiua pditam eē cēseamus particulā: tametsi ad Vocatiuam appellatā uel unum nominis unius casum sufficere uideamus, ut in Hector, soluemus, si uocationē uel in uocationē uno ēt p hūc casum, plato nomine fieri dicamus: nō eē autē Vocatiuā orōnem nisi eā q̄ sic ex pluribus nominibus aut cōgestis casibus, pnunciatur, ut Atride felix, o fortunate, beate. & o Nestor Neleiade: atq; his similia: si idē nō ē nomē atq oratio. Verūenimuero cum orationis partem significatiuam eē ut dictionē, sed non ut affirmationem dixerit, non etiam neq negationem, quasi pspicuum esset, subiunxit. quandoquidem qui partes orationis non ut affirmationes, sed ut simplices uoces putat considerandas, multo minus sanè illas ut negationes capiendas duxerit: quoniam affirmationē quoq; necesse est negatione contineri. Hæc uero ipse interpretando exēplum dictionis capit { Hominem: } pprterea q { Aliquid significat quidem } inquit { Non tñ eē aut nō esse, } hoc est nō affirmationē uel negationē. quo planiore quidē reddēdo subinde itulit, { Sed erit affirmatio uel negatio siqd fuerit additū } uerbum uidel: cet uel affirmatū uel negatū. Quare manifestū ex his quoq; est enunciationis partē q̄ significatrix est, Dictionem, hoc loco Arist. pprterea q significet, uocari. Differre aūt à simplicibus uocibus orationes significatiuis partibus habendis submonens ait, { Verū nō una hoīs syllaba: } cōiter subaudito nimirū illo { Significat aliqd. } dictū est. n. hō uerbi cā significat qdē aliqd. Illi ergo cōstruendū hoc est/ uerū nō una hominis syllaba/. Hoc uero rursus probans, uocum inquam simplicium partes nullius per seipsas esse significatiuas, probationemq; hic moliens ab eo quod magis uidetur, { Neq; enim in sorex rex } inquit { Significat: sed uox nunc est duntaxat. } Hoc autem est, quoniam rex per se pronūciatum, regni possessorem notat: cum autem ceu partem ipsum nominis sorex acceperis, omnino significatione uacat. ac nunc sane quod uelut pars consideratur, uox est solummodo, nihil ab una differens earum quę nequaquam significant. Verum in simplicibus quidem, ut supra quoque dictum est, nominibus significatiuæ partes neutiquam fuerint: ut in/ homo/ uel sorex/. Etenim pars huius / rex/ non uelut alij cuiquam iuncta / sorex / nomen perfecit: sed in nomen quod regni dominum indicat forte fortuna incidit: iccirco si soricis ut simplicis pars capiatur nominis ne uisione quidem quidquam declarat. Nemo quippe audito/Sorex / nomine, in regis intelligentiam uenit: quemadmodum qui/Armipotens / uel / Hircoceruus / audiuit, intelligentiæ non expers manet armorum uel cerui. Sic ergo in simplicibus. In duplicibus uero, uult quidem inquit: cæterum nihil designat abiuncta, hoc est, uidentur quidem significatiuæ esse partes: quoniam & in ijs pronunciandis quædam aperte compositio plurium uidetur nominum: quamuis una tum animi conceptio, tum res ea sit quæ ex ipsis indicatur: re autem uera nullius & hę sunt significatiuę, si p se ipsę pferātur. Igit, ut summati explicē, huiusmodi erit argumentū, Si q̄ per se signi-

Periherm. Ammo.

I ficatiuæ ſunt uoces ut / rex / cum aliquorum nominum partes euaſere, prorſus, ubi à ſuis toris demuntur, ſignificatu carent, quid de una ſyllaba hominis putandum eſt: uel partibus alijs nominum, quæ etiam non inſumptæ in nominibus, ſignificatiuæ eſſe nullius uidentur? hæc igitur patent. Ex ijs uero quæ tradita hic ſunt Ariſtoteli oportet colligere, non eam ſolum quæ perfectam abſolutamq; ſententiam explet, ſed imperfectam quoque orationem uocandam ab eo cenſeri. nam & illi quæcunq; prodita ſunt de oratione conſentiunt.

XII Eſt autem ſignificatiua quidem omnis Oratio: non vt inſtrumentum vero: ſed quo modo dictum eſt, ex compoſito. enunciatiua autem non omnis: ſed ea cui verum competit aut falſum pronunciare. competit autem non omnibus. Deprecatio verbi cauſa eſt, oratio
K quidem: ſed neque vera, neque falſa eſt. Miſſæ igitur aliæ fiant: quippe quarum conſideratio Rhetoricæ magis aut Poeticæ conuenit. at Enunciatiua præſentis eſt contemplationis.

Refellit quendam his uerbis Ariſtoteles ſyllogiſmum, qui non poſitione uidetur orationem, ſed natura eſſe demonſtrare. Q uinam eſt igitur ſyllogiſmus? Oratio inſtrumentum eſt uocalis, inquit, in nobis natura exiſtentis facultatis. ea nãque, utpote quod inſtrumentum eſt, quæ uolumus inter nos indicamus, omne naturalis facultatis inſtrumentum, & ipſum natura conſtat; quemadmodum oculi cum nobis inſitæ inſtrumenta uidendi ſint poteſtatis, aures audiendi, atq; alterius pars quepiam alia, non naturæ ſunt, ſed artis inſtrumenta. ergo natura conſiſtit Oratio, nihil ex noſtri Animi molitione obtinẽs. Dug itaque cum in ſyllogiſmo ſint propoſitiones aſſumptę, concedit Ariſtoteles maiori: quæ inſtrumentum omne naturalis om
L nis poteſtatis natura eſſe dicit. minorem autem corripit, quæ orationem fatetur eſſe naturalis in nobis facultatis inſtrumentum. Quodnam igitur inſtrumentum ſit uocalis in nobis facultatis, aperiendum eſt: quoniam naturalis cum ſit, eget inſtrumentis quomodo uires aliæ quælibet naturæ. ac quid ergo ipſius exiſtens oratio, poſtquam inſtrumentum non eſſe perhibetur, natura non eſt, ſed poſitione. Sunt itaque facultatis noſtræ uocalis inſtrumenta Pulmo & Arteria illa quam uocant aſperam. hæc quidem ut ſimpliciter uocis. Vt uero articulatæ, quænam ſunt naturalis inſtrumenta poteſtatis? Lingua: Palatum: atque alia quę ſic uocalia ſeu locutoria inſtrumenta nuncupantur. Oratio autem opus erit tãli horum inſtrumentorũ motu ab illa effectum. iccirco neque ut natura ſit ipſa oratio neceſſe eſt. Nihil enim prohibet quo minus perfecta à naturalibus uiribus opera ſint poſitione: quo pacto in ſaltatione ſeſe res habet. Nam cum naturalis in nobis facultas localis motio ſit, ſaltatio quod opus ab ea demanat, poſitione continetur. li-
M cet enim ſaltatori, tali uel tali ratione manus momenti Achillẽ uerbi gratia ſignificare; cum alterius alias corporis habitu ac geſtu ſpeciem edat; atq; eius accidens quodpiã præſeferat. Ergo quemadmodum loco dimoueri natura comparatum eſt, ſaltare, poſitione atq; ex compoſito; & lignum natura proueniat; ianua poſitione conſtruitur, ita uocis formationẽ quoq; naturæ acceptam, ſignificationem autem per nomina ſeu uerba uel conflatas ex hiſce orationes, quę ipm eſſe ex uoce incondita & rudi uelut materia obtinent, formã uero à noſtra cogitatiõe ſunt adeptæ, poſitioni nec naturæ referimus. Ac uidetur ſanè homo uocifera facultate, quæ animantium in nobis cognoſcẽdi uel appetendi facultatum inſtrumentum eſt, præditus ex natura perinde eſſe ac brutę animantes. Q uòd autem ad ſignificandum utatur nominibus aut uerbis aut ex hiſce conſtitutis orationibus, quę non amplius natura ſed poſitione ſunt, id pręcæteris quibus ratio deeſt habere pręcipuum: propterea quoniam ſolus quoque mortalium particeps eſt eius Animæ quæ N
ſuapte induſtria mouetur, artificioſeq; agere poteſt: ut & in uoce ipſa edenda uis eius artifex dignoſcatur. hæc autem declarãt exornatæ orationes metris uel ſine metris cõpoſitæ. Pluribus igitur uerbis demonſtratum eſt tum Orationem, tum eius partes Nomen et Verbum ex pacto conſtare. Verum quoniã ipſam inſtrumentum quoq; eſſe affirmamus nominum uel rerũ ſignificationis, quodnã illud tandẽ ſit q; ea uelut inſtrumento utatur dicendũ eſt. ac cõſtat ſanè cogitatricẽ eſſe Animã. nam ſolius munus huius eſt oratione uti. Cæterũ quonã pacto, cũ ex cõpoſito conſiſtat, inſtrumentũ eſſe naturalis facultatis cuiuſquã poſſit, ſi cui ,pter eam regulam quæ oẽ natura eẽ nãlis facultatis inſtrumentũ monet, mirũ eſſe uideat, rõnalem hanc dicemus atq; artificem in nobis uim natura eẽ excellentiorẽ: ut quæ etiã ſeparabilẽ ab omni corpore ſubam habeat. Hæc autẽ narrari à nobis quæ uel ipſi placeant Ariſto. declarant ea quæ ille ad calcem ſecũdi Naturalis auſcultatiõis ,pdidit uoluminis nempe bruta aãalia nõ ex arte, ſed ex nã agere, intellectu orba: ut pote / arte, ex q̃dã inſita nobis ui q̃ nãm ſuperet, ,pgredien
O te. in qbus nõ arte, ſed nã quadã inqt nidũ ſibi fingere hirundinẽ: araneolã telã cõtexere. Quid enĩ referre opus eſt demõſtrationes illas quæ in cõmentatione de Aãa Intellectũ eſſe ,pbant à corpore ſeparabilẽ? Nihil itaq; mirandũ eſt, hãc agẽtem nãæ uiribus, illarum quoq; uſurpare inſtrumenta, quæ naturalia ex neceſsitate ſunt: atq; alia nõnulla ipſa ſibi artificialia parare inſtrumenta ad ,pprias actiones obeundas. Quẽadmodũ igitur tuendo corpori, hoſtibusq; ,ppulſandis naturalia inſtrumenta facultatis loco dimouentis, quæ ex natura eſt, manus & pedes adhibet, adhibet autem & arte fabricata gladium & haſtam, ſimiliter & in agricultura, ædificandiq; rõne, ac cęteris tũ actiuis tum effectiuis functionibus, ſic & in ſignificãdo utitur qdẽ Aãa naturalibus inſtrumẽtis uociferæ & locutoriæ facultatis Pulmone, Lingua, Palato, Dentibus, Labijs, utitur uero etiã Oratione, eiuſue partibus: artificioſeq; fabricat illas atque ex compoſito, uelut futura ſignificandi inſtrumenta: circaq; naturalẽ materiam id eſt uocem ipſarum generationem molitur: ut gladij, circa ferrum: circa lignum, gubernaculi. Hactenus cum ex
P hibuerit nobis Ariſtoteles orationes elementa, Nomen inq; & Verbũ, atq; cõpoſitã ex hiſce dictam q; cõiter Orõnem, ex quibus oẽ orit ſermõis idioma, deinceps ad Enũciatiuã accedit orõnem, ut ab initio ſtatutũ eſt cõtẽplandã: q; ſimplicis Orõnis quandã eẽ ſpẽm diximus: quẽadmodũ Vocatiuã, Optatiuã, Interrogatiuã, Imperatiuã: quarũ pfecta q̃uis eſt ipſaq; p ſe ſignificatrix abſolutę ſentẽtiæ. Nã ut hæc, ĩmortalis Aãus eſt, quicq; indicauit, ſic & uiri iudices / & / utinã philoſopharer / & / qũ adue niſti / & / abi ad talẽ / ſignificatu nõ carẽt. Ac nihil alias q̃dẽ ,ppoſitæ inqt tractatiõi ,uenire: q̃ & philoſophica eſt & dialectica. Rhetoricæ aũt uel Poeticæ ,ppriã de ijs eẽ mediationẽ: qm q; utrãq; ex his colũt, circa ipas p ſeipſas orõnes uerſant. Oratores qdẽ nũeris, circuitib⁹, ac figuris intẽti: Grãmatici de metris, primarũ dictionũ uel cõmiſtarũ uel coherẽtiũ figuris, & declinationib⁹, atq; id genus oibus ſoliciti. Quin ẽt imitari nõnullos cõſueuere q alios uocẽt, aliqbus ĩperẽt, alios de qbuſdã interro
Q gent, uel precentur. Sæpe uero & ex perſona ſua quibuſdam harum functionibus agunt: aiunt q̃,, / Primum quidem o Viri Athenienſes Deos omnes immortales Deasq; oro / . uel / nam huc mihi iſtic exurgens reſponde / . Qui ergo de his tractant artibus, orationesq; ſubiectum in contemplationem habent, conſiderent utrum ſolę hæ præter enunciatiuam ſpecies oratio nis habeantur, an & alia quępiam ſit: atque in finitas ne an infinitas harum quæuis diuidatur. magis uero qualibus finitis numeris progreſſus pro quauis illarum ab uno fiat in infinitum. Nam hoc ut diſſeruit in Philebo Socrates, de ſubiectis ſibi rebus contemplari quenq; artificem decet. Hoc autem munus eſſe Rhetoricę uidetur aut Poeticę, non ex ſeſe, ſed eius quæ cõmuniter ars uocat Orationũ: de qua Plato nos apprime diuinus in Phædro poſt palinodiam docuit: cuius eſt tum Poeticæ principia tum Rhetoricæ inſpicere. Ad præſentem tractatum

A ctatum uero ſolam inquit orationis enunciatiuę meditationem pertinere: quoniam principia tradere demonſtratiuę ſcientiæ propoſ mus. qui autem de his agit, hunc opus eſt in alia ſpecie nullę orationis negotium ſibi, prẽter Enunciatiuam, faceſſere, quam comprehenſam ad demoſtrationem, neceſſariamq; ad eam aſſequendã ſoli contemplari Philoſopho conuenit: qua ſola licet exacte cognoſcere rerum naturam. cũ enim duobus modis, ut Theophraſtus explicauit Philoſophus, ad aliud ſeſe habeat oratio, tũ ad audiẽtes: qbus aliqd etiã indicat: tum ad res de quibus dicenti auditores ad credendum ducere propoſitum eſt, verſantur circa eum ipſius habitum qui ad audientes pertinet Poetica & Rhetorica: quoniam illarum eſt elegantiora ſeligere nomina: non communia atque vulgata: cõcinneq; hæc inuicem connectere adeo, vt his, atque hæc ſequẽtibus, ut perſpicuitate, dulcedine, alijſq; generibus, proſixitate item & breuitate orationis, ubi tempeſtiue adhibeantur omnia, ducat audi torem, ac ſtupore afficiat, ſuadæq; mãcipatum poſſideat. Eius vero reſpectus orationis quo res exigũtur curam potiſſimum
B geret Philoſophus, tum falſum confutando, tum uerum demoſtrando: quorum vtroq; enunciationem controuerſam quandam inſtituit euidentibus enunciationibus concludere. Porro enunciatiua hæc ipſa oratio cum ſpeciebus alijs orationis omnibus eo conſentiat quòd ſignificatrix ſit, quam obtineat naturam, ac quo pacto à ſpeciebus alijs differat oratiõis tradit ante hæc nobis Ariſto. { Enunciatiua autem, } inquiens, { Non omnis: ſed ea cui uerum cõpetit aut falſum pronunciare. } Ac ſciendum ſanè eſt enunciatiuæ orationis definitionem per hæc nobis ab illo exhiberi nihil, ut deijs præcipiat, affirmationem ſibi ac negationem poſtulante, quod facere cum infra uiſus fuerit nonnullis, anſam illis præbuit, ut Enunciationem in affirmationem negationemq; diuidi, ut æquiuoce uoces in ſignificata, nõ ut genera in ſpẽs ſuſpicarentur. tametſi quęnam cõmunem naturam nullam ſignificantis uocis æquiuocæ eſſe queat defi
C nit o? Q uod ſi in affirmationis quoque definitionem ac negationis confertur Enunciato: cum affirmatio quidem enunciatio eſſe alicuius de aliquo, Negatio autem enũciatio alicuius ab aliquo dicetur, quomodo Enunciatio non genus ambarum eſſe clariſſime dilucet: cum ad cumplendas definitiones æquiuocæ nunquam uoces aſciſcantur? Quapropter pręfinitionibus de Enunciatiua ſpecie orationis, de qua deinceps docebit potiſſimum, ſpecierum eius Affirmationis ac Negationis contemplationem connectit: cum ait.

XIII Eſt autem vna prima oratio Enunciatiua Affirmatio: deinde negatio: cęterę omnes coniunctione vna.

Q uibus verbis duplicem eſſe orationum unitatem dicit alteram ipſarũ per ſe, uelut ſuapte ipſis natura inſitam: ut in hac / Socrates ambulat / . alteram poſitione quadam deforis ipſis à uocata ob id ipſum coniunctione adhibitam: vt in hac / Socrates ſeder, & Plato ambulat / Nam hic orationes quæ manifeſto duæ ſunt, nimirum hæc / Socrates ſeder / & hæc / Plato am-
D bulat / iniecta in medium / et / coniunctio uelut colligare atque vnire ſuo interuentu uiſa eſt. Habent ſeſe eodem pacto & orationes eæ omnes quæ ſuppoſitiuæ nominantur: pluribus enim conſtant & illæ ſimplicibus orationibus: cæterum à continuatiua uocata coniunctione uniuntur: ut / Si dies eſt, ſol eſt ſuper terram / . Nam rurſus orationes, quæ duæ ſunt, nẽpe hęc / Dies eſt / et hæc / Sol eſt ſuper terrã / ſi / continuatiua ferruminans coniunctio unitatis imaginem ac uiſionem perfecit. Eſtq; talium unitas orationum non unius index ſubſtantiæ (nam multa planè ab ijs ſignificantur) ſed unius ſubſtantiarum quas ſignificãt conſequentiæ, aut unius diremptionis: uelut in orationibus ijs quæ per diſiunctionem efferuntur: ut / aut eſt dies, aut eſt nox / . Ideo & oratio illa quæ ſubſtantiam unam declarat, unaque proprie eſt, poteſt nondum ſecto ligno, atque ob id uno uocato proportione conferri, quæ plures indicat ſubſtantias, atque cõiunctione quadã unita eſſe quodam pacto uidetur, nauigium, quæ ex multis conſtans lignis apparentem unitatem à clauis obtinet, proportione conuenire. Eius autem orationis quæ proprie una eſt, eaque de re natura prior, nec ipſum / unum / coniunctione habet, altera quædam eſt affirmatio, altera Negatio. Eſt & quędam Affirmationis à Negatione differentia, non penes ipſum / unum / : quandoquidem una ſimiliter harum utraque eſt orationum: nullo extrinſecus ad unitatem egens adminiculo: ſed penes primum. ſi quidem non prima ſimiliter oratio harum utraque eſt: ſed ſimplicitate dictionis prior affirmatio negatione, quoniam negatiua aſſumpta particula fit negatio. quod autem additionem capit antegreſſum eſſe illi neceſſe eſt quod ex additione perficitur. Hanc ob rem itaque & Ariſtoteles unam ſic primam Orationem enũciatiuam eſſe affirmationem dixit: deinde Negatiõem. aduerbiumque / perinde / non de una, ſed de prima pronunciat. Ob id ipſum uero rationi conſentanea uidetur Aphrodiſiei ſententia de Enunciatione, quæ genus ipſam Affirmationis eſſe ac Negationis nequaquam permittit. quomodo enim illorum in quibus primum eſt & ſecũdum, genus id erit quod de ipſis prædicatur communiter? An hunc obtinent ordinem non eo quòd ſint Enunciationes. nam earum pariter utraque falſitatis capax eſt ac ueritatis: ſed ex accidẽte quodam extrinſecus, hoc eſt ſimplicitate dictionum. Patere autem proditæ regulę tunc fatemur locum, cum ex eo ipſo quod communiter prædicatur, ſubiecta illi primum ſecundumq; obtinent. hoc igitur pluribus locis abunde demonſtratum eſt. Hic uero enunciationem communiter de affirmatione prædicantes ac negatione, non affirmationem enunciationem primam eſſe, negationem autem, ſecundam enunciationem fatemur: ſed primum & ſecundum, ut explicuimus, ad dictionum ſimplicitatem intelligendum eſt. Cęterum cum affirmet Ariſtoteles, orationum quamlibet Enunciatiuarum, ubi ab affirmatione diſceſ ſeris ac negatione, prorſus coniunctione eſſe unam, ita rogauerit, quiſpiam, quid de ea dicemus oratione quæ / ſuper terram ſole exiſtente dies eſt / inquit? neque enim ſimplex hęc eſt oratio: neque coniunctione uidetur ad unitatem eguiſſe. Cui reſpondendum, fieri quidem nequaquam poſſe ut abſolutæ Enunciationes duæ ſine cõiunctione actu accepta, ad orationem unam faciendã inuicem coeant. Nam hæc / Sol ſuper terram eſt / cum ſit abſoluta, huic / Dies eſt / abſolutæ & ipſi quidem, quomodo ſine continuatiua poſſit coniunctione admiſceri? At ſæpe antecedentem propoſitionem ſimul cum coniunctione ſic concinnẽ immutamus, ut ipſa per ſe ad enunciationem ſufficere non amplius queat: coniunctionem autem, uel tantumdem in hoc ualens, coniunctioni aduerbium poteſtate comprehendat: ac cum ſequente quæ perfecta etiam manſit propoſitione coaleſcat: ut habet res ſeſe in propoſito quoque exemplo. Nam hoc / Exiſtente ſuper terram, ſole / imperfectũ imposq; eſt ad enunciationem. aduerbium autem / quando / uel / ſi / continuatiuam coniunctionem poteſtate continet. idemq; illi ſonat / quando ſol ſuper terram eſt / uel / ſi Sol eſt ſuper terram / : quorum utrunque propter coniunctionis aduerbiiue adiectionem imperfectum infirmumq; eſt ad propoſitam enunciationem ſtatuendam: non ſecus atque id quod poteſtate hæc in ſeipſo complectitur: ut / Sole ſuper terram exiſtẽte / . quo etiam fit ut cum conſequente, qd eſt / dies eſt perinde atque illa coagmentari poſſit.

Neceſſe eſt porro Enũciatiuam orationẽ oẽm XIIII
ex verbo, aut caſu verbi conſtare. Etenim Hominis ratio, niſi, eſt, additum verbum, vel, fuit, vel erit, aut id genus aliquod fuerit, nondum enũciatiua eſt oratio, propterea quoniam vnum quoddam eſt & nõ multa Animal greſſile bipes. Haud enim ſane ex eo quod prolata prope hæc inter ſe ſint, vna erit. Sed hoc explicare alterius eſt commentationis.

I Cum de Enunciatiua oratione disputare, eiusq; speciebus Affirmatione ac Negatione instituerit, quoniam ex his utraq; quoddam prædicatum, ac subiectum quoddam habet, horum quandam tradit nobis differentiam ad articulatam illorum declarationem quæ deinceps ueniunt dicenda sibi usti futuram. Ait enim necesse omnino esse prædicatum terminum in propositione uel uerbum esse uel casum uerbi. forte uero aliquando & infinitum uerbum: quemadmodum in Negationibus. id quod uidetur cum uerbo per hæc comprehēdisse Aristoteles: aut tanquam de Affirmatione in primis differēs omisisse. Subiectum uero non nomen prorsus: uel casum nominis: uel nomen infinitum: sed interdum quoque orationem ex pluribus consistentem nominibus. Nam cum /Socrates, inquam, ualet/ Socrates ualuit/existente subiecto in ijs nomine, prædicatum alias uerbum est: alias uerbi casus. At cum / Socrates est/ dico Socratem pœnitet, non Socrates currit, Socrates animal rationale mortale, est/ subiectum in ijs non nomen solum, aut casus
K est nominis: sed quandoq; & infinitum nomen: quandoq; uero ex pluribus nominibus constans oratio. Verum hæc haud ita planè ab Aristotele explicantur ob elocutionis breuitatem Cum enim de prædicato aperte pronunciauerit, de subiecto innuit duntaxat inquiens, { Etenim hominis ratio nisi/est/ additum uerbum/aut non est/ uel/fuit/uel/ erit/aut id genus aliquod fuerit, nondum enunciatiua est oratio, } Sed quamobrē de prædicato quidem disseritur his uerbis, quasi non sine hoc constare queat propositio, de subiecto autem non simile additur tametsi horum utroq; propositio similiter egeat: cum hæc prodita etiam supra iam sint: ubi neque nomen, quamuis compositum, sine uerbo, neque uerbum sine subiecto quopiam dicebatur uerum aliquod posse uel falsum indicare: ut in conclusione de uerbo didicimus. Licet ergo quæ Phorphyrius Philosophus adducit quæstionem hanc arcescentibus respondere, ad Enunciationis existentiam, uel existendi priuationem indicandam, in Prædicatiua specie enunciatiuæ orationis principatum maxime prædicato deberi. eoq; fieri ut inde etiam tota o-
L ratio Prædicatiua nominetur: priuatiuamq; in negationibus particulā huic uelut potiori addamus: ut affirmatione per præstantioris in ipsa particulæ abolitionem sublata, fiat negatio. atque eam ob causam de parte hac sola sermonem hoc loco Aristoteli fieri: peinde quasi constare sine hac Enunciatio non possit. Fortassis uero proposito sensui magis hæc ratio cohæreat, si ubi de nomine sermo erat, monitū ab eo dicamus, quale cunq; fuerit id sumptum, nequaquam sine uerbo conficiendæ Enunciationi posse sufficere. (Etenim significat quidem, in quit, Hircoceruus aliquid: nondum tamen uerum quidquam aut falsum: nisi esse aut non esse adiectum uel simpliciter uel ꝓ tempore fuerit). Et rursus ubi de uerbo disputabat eadem de hoc quoque memorantem ad Enunciationem constituēdam ipsum si per se proferatur. non satis esse affirmare. Ibi uero nō etiam additum esse, sine noīe/: qñquidem ꝓp eas ꝓpositiōes quę subiectis utuntur orationibus sermo ex sese coargueretur: sed solum & aliud quoddam requiri, cui appositum uel com-
M positum uerbum significantem esse uel non esse Enunciationem esset facturum. At in ijs quæ post illa sunt tradita, cum de oratione differens, uocem significatiuam esse eam dixerit, partemq; significantem habere, quod communiter perfectis imperfectisq; Orationibus inesse perhibebamus, transfuerit q̄ ad Enunciationis eiusq; specierum contemplationem, quasi ueritus nequis à Finitiuis orationibus, ut quæ ex pluribus compositæ significatrices ꝓ. sunt unius naturæ, fieri posse Enunciationem putauerit, iccirco hæc nunc adijcere: de quibus nihil adhuc uidetur disputasse. Cæterum cum in his omnino meminerit definitionum, hę autem ex pluribus nominibus circa eiusdē rei substantiam diuersantibus compositæ sint orationes: quæ hanc ob rem quoque una singulæ sunt huius autem speculaminis meditatio multam commentationem postulet, ut quando ex congestis nominibus una significetur substantia unaque ex ipsis perficiatur oratio: quando uero non una intelligatur, harum rerum traditionem ad absolutiorem quandam facultatem reijcit, quæ ea quę sunt considerare quatenus sunt profitetur. Quamobrem de hoc longa serie orationis in Metaphysicę aget tum septimo tum octauo uolumine: genus affirmans indefinitione (ut quæ illic traduntur summatim perstringamus) materiæ rationę esse præditum. Differentiā uero, postremāq; potissimum ac soli definiendæ rei congruentem, propriæ specificam fieri perfectricemq; materiæ: cui ut uniatur, alterius nullius egere adiumento. Non enim cum seiuncto quodam unionem obtinet, per seq. ipsum subsistente. sed est forma, proximæ quædam materiæ dispositio: uniuersalis nimirum atque intelligibilis forma eius materiæ quæ intelligibilis appellatur; quod perinde est ac si eius dixeris quæ generalius capitur: sensibilis autem singularisq; forma illius materiæ quæ secundum formam ipsam disponi natura comparata est. Has ob res itaq; & finitiua Oratio una, non ex discretis prius, deinde congressis inter se constans proprietatibus: & singularium rerū una quæ libet est. sic enim affecta res sese habeat oportet quæ non sine
O propria affectione subsistit: ut in æneo globo. neq; animo quisquam complecti affectam rem potest quin & affectionem cōceperit. Quod igitur finitiuam orationem unam facit, atq; ipsam rem quoque definiendam, id docet in libris illis. Quam autem minus circunspecte quispiam unius efficiendæ orationis causam reddidisset, nempe quæ ipsam complent nomina deinceps inter sese non medio intercepta silentio proferri, hanc uelut fatuam explodit: atque { Haud enim sanè } inquit { Ex eo quod prolata prope hæc inter se sint una erit, } Quippe in ea qdem Oratione quæ una dicitur, nomina ex quibus constat illa, deinceps uoce non interquiescente efferri oportet: ceu cū ipsum per se proferimus quodlibet, nec finitionem dicimus: sed nec propositionem unam facimus inferendo communiter omnibus uerbo: uerum totidem quot ea quoque quę in disiuncta enumeratione exprimuntur nomina: ut/animal/: deinde/ rationale/: deinde mortale/: est/. nam & uerbum/est/cuiq; subaudiri uidebit: attamē satis nō ē quęuis noīa ĩter se deiceps nullaq; intermissiōe ꝓnunciare ut orōnē unā facias uel Finitiuā P
uel Enunciatiuam. Cum enim uel solas substantias quæ coalescere nequeunt, ut species uel individua, uel sola accidentia significauerint, una ex ijs nūquam fiet oratio: uelut cum /Homo bos equus/dico: uel/Socrates Plato Alcibiades/ uel/ Philosophus simus caluus ambulat/: propterea quoniam cohærescūt substantijs accidentia: ut quæ in subiectis ipsis subsistere natura uoluit: non autem uel specie uel numero discretæ inuicem substantiæ: neque item accidentia: quorum ne subsistere quidem absque subiectis potest ullum. quamobrem necesse quoque est/al quis/supradictis subaudiri infinitum nomen: quod subiecti uicem suppleat: totamq; orationem aut falsam esse, aut ueram faciat.

Vna autem Enunciatiua est oratio quæ uel XV
vnum significat: vel coniunctione est vna. Plures quæ plura: & non vnum: vel quæ vacant coniunctione. Q

Cum simplicium Enunciatiuarum orationum diuisionem in primam ac secundam tradiderit, docueritq; affirmatiuam speciem negatiuæ antecedere, nunc oppositionem addit illarū qua unum multitudini confertur: aliam nimirum ab ea quæ primum posteriori aduersatur. Haud enim ignorandum est cū duo hæc/Dictio Significatio q;/in omni Oratione ex necessitate spectentur, circa dictionem duas considerari unius orationis differentias: alteram simplicis ex pluribusq; simplicibus orationibus cōpositi: alteram primi & secundi: quæ in simplicibus habeē potissimū atq; horū cā in cōpositis: ex q̄litate uidelicet ꝓpositionū, affirmatiuo incp & negatiuo, huiusmodi ordine prodeunte. Circa significationem uero unam: quæ est unius multitudinisq; significatorum. Ex ijs ergo quæ circa dictionem oppositiones uisuntur, cum unam, quæ prioris posterioris q; est, per supradicta tradiderit, ubi dicebat. Est autē una

A prima Oratio enunciatiua Affirmatio: deinde Negatio, tū has solas orationes eas esse docuerit quas unius appellatiōe dignas arbitremur, cum subdidit, cæteræ omnes coniunctione una: hoc est non proprie: non etiam tamen addiderit, has quæ unū coniunctione habere orationes dicuntur, ex simplici affirmatione esse ac simplici negatione compositas. quibus sanè uerbis differentiam quoq; penes simplex & compositum Enunciatiuarum orationum tradidisset: sed hoc in aliud tempus differēs in his discretionem à significatis nobis apponit illarum: quæ alteram orationem unam & uere & quoad appareat facit: alteram unam quidem ut apparet, re uera autem plures, paulo post uero & oppositionem earum plane adijciet quæ simplici & composito ex pluribus simplicibus orationibus continetur. Quonam igitur pacto à significatis unam orationem ac multas dijudicamus? ubi uterque inquit, Terminus qui propositionem complet, unius cuiusquam est naturæ index, unam esse hanc censemus propositionem: tametsi integram finitionem pro nomine uel subiectum, uel prædicatum, uel etiam utrunq;
B acceperis: uti cum inquam /Animal rationale mortale substātia animata sensu prædita est/. cum autem res plures terminus uterlibet significauerit, multas esse propositiones has totidēq; affirmamus, quotus est significatorum numerus: quamuis hęc uno nomine indicentur. Nam quando/Aiax, dicimus, cum Hectore depugnauit singulari certamine / neque de utrunam loquamur Aiace definimus, quomodo unam hanc quisquam mentis compos propositionem appellauerit: quam simul cernimus & falsum & uerum fateri? atque id quonam pacto euenat, non est obscurum. Cum igitur à significatis hanc nobis hoc loco quæ in propositionibus spectatur differētiam tradat, unam esse orationem ait Enunciatiuam proprie quidem eam quæ unum significat: secundo loco & illam quę unum dicitur coniunctione habere. plures autem quæ plura indicant, nec unum: uel quæ coniunctione uacant. Atque in his coniunctione unam orationem audias, non eam quæ aduentitiam unionē
C in solis dictionibus propter coniunctionem obtinet: perinde atque manipulus qui propter uinculum multa cohibens olera unus esse perhibetur: ceu cum /sed & Socrates & Alcibiades. ambulat/dicimus: uel Socrates sedet & Alcibiades sedet/ uel/ sedet Socrates & Alcibiades. oēs. n. q̄ sic ꝓnunciant pluresq; sunt, ĩ sola dictiōe apparentē unionē possidēt ꝓunctiōis beneficio: sed eas q̄ in hypotheticis, quos uocant, syllogismis ꝓ connexionem uel disiunctionem appellatā assumūtur: ut/ si Deus bonus, uniuersum est sempiternum / & / uel sempiternum est uniuersum, uel generationi obnoxium/. nam & hę plures cum sint, nonnullæ in dictione à continuatiua coniunctione appellata, quædam à disiunctiua colligantur. Sed plus quiddam habent supradictis, quod rerum quæ in ipsas conferuntur uel cōsequentiam uel separationem declarant. Ipsum hoc ergo unū quoddam quod ab ijs significatur, hæc rerum sequela uel separatio est. Itaque hac de causa dicendum est has secundo loco unum habere ab Aristotele pronunciari, post eas quæ de uno subiecto unum quodpiam prædicatum designāt: ut sit sensus,
D unam esse Enunciatiuam orationem aut quæ unum de uno affirmatiue prædicat uel negatiue: atque ob id prædicatiua nominatur: aut quæ cohærentiam indicat duarum essentiarum, seu per consequentiam. seu per distinctionem eam quam coniunctiones hanc uim obtinentes referunt: dicitq; uel quo existente quid sit, uel non sit non existente: atque iccirco hypothetica nuncupatur. Eas uero quæ in sola dictione acquisititiam unionem prę se ferunt, suntq; seiunctarū essentiarum significatiuæ, nec ullum earum consensum indicant, nullo pacto existimandum est in his esse comprehensas: etsi copulatiuis ut uocant coniunctionibus continuandæ dictionis gratia uterentur. Quæ enim ratio sit non sustinere orationem illam quæ terminum alterum æquiuocum habeat, propter significatorum multitudinem unam uocare, quamuis dictione simplicem, eiuero quæ compositionem in dictione prospicuā obtinet, prorsusq; ab eo uno quod est ex natura excidit, plus quidquam in hoc ipso quam illi tribuere: quod est eam unius appellatione E
dignam arbitrari? Cæterum cum plures esse orationes eas prodiderit quæ plura significent, { Et non unum } adiecit, earum causa quæ de quopiam enunciant uniuersali. Nam significant quidem & illæ res plures sub ea uniuersalia de quibus loquūtur relatas. præ multis autem unam naturam de illis prædicatam omnibus, qua propositio quoque una efficitur. quæ aliqd de hoc uniuersali prædicat. At uoces æquiuocæ multarum duntaxat significatiuæ sunt rerum. nullius uero quod sit in ipsis commune. siquidem nec uoces essent æquiuocæ. Possumus etiam ut Porphyrius Philosophus exponit, { Plura: & non unum } tanquam ad propositionum earum discretiōem dicta esse intelligere quæ definitione subiecto uel prædicato utuntur. quandoquidem uidentur & illæ plura indicare: uelut quæ dicit/Animal rationale mortale ambulat/ipsum animal/ ipsum/rationale/ipsum mortale ambulat, sed hæc sunt ascita ad unum quoddam circunscribendum quod ex ipsis constat. ideo unam esse propositionem hanc dicimus. Si qua autē uel æquiuocum alterum terminum habeat propositio, uel & actu F
multa corroget nomina, nec res complicari inuicem possint, ut/Socrates Plato Alcibiades ambulat/uel/Socrates ambulat disputat calescit/hæc plures tantūmodo. quoniam & significatæ res multæ duntaxat sunt, neq; complere unam quampiam rei possunt naturam. Sed quonam pacto Aristoteles ijs quæ multa significant/enumerandis orationibus, solas tum eas quæ æquiuocum terminum quempiam obtinent, tum inconiunctas accepit. quarum inter neutras illis dabitur locus quæ unionem penes dictionem solam per coniunctiones possidēt? An has quoq; dicendū est ex earum numero censeri quæ plura nec unum significant. non etiam tū ꝓpter æquiuocationē, sed q̄ in dictione sint plures actu qui res diuersas indicent termini. Quòd si qui unum ipsis non per se, sed per collationem ad inconiunctas tribuendum putēt, sciant ij sese à significatu rursum ad dictiones delabi. Coniunctione autem uacantes orationes eas uidelicet nominauerit quæ ne unionem quidem
G habent ex coniunctione apparentem: ut/dies est, lux est: dies nō est, nox est/uel rursus/Socrates sedet, ambulat Alcibiades/ in his nāq; omnibus neq; una consequentia, neq; ulla disiūctio neque acquisititia ergo quæpiam unio quod ad dictionem attinet repræsentatur.

Nomen igitur aut Verbum Dictio tantum XVI
sit. quandoquidem eum qui sic voce quidquam declarat non ita dicere licet vt enunciet, siue quoquam interrogante, siue non: sed ipsum sponte sua volentem.

De Enunciatione & Affirmatione & Negatione, præterea & Contradictione, siue, ut Græcis utar nominibus, de Apophansi & Cataphasi & Apophasi, prætera & Antiphasi per sequentia docturus, quonam in ijs omnibus/phaseos/hoc est dictionis nomen adhibetur, ob id merito priusquam de illis præcipiat, notionem phaseos exponit: atq; hanc inquit nomina esse H
uel uerba ut quæ partes Enunciatiuæ orationis capiuntur. planeq; id ita se habere declarauit, causa protinus/phaseos/nominis subiuncta. Quoniam enim aliquit quidem inquit horum utrunque, non tamen uerum aut falsum notat, eam ob rem/ phasis/quasi aliquid significans ac phænon. i. ostendes nominari merito posit: non tamen Enunciatio: quasi neutrum eorum declaret quæ prorsus ab Enunciatione indicantur, uerum inquam aut falsum. Hoc autem, nempe/apo/præpositionē/phaseos/uocabulo adiunctam esse in nomine uel uerbo nequaquā oportere, palam fecit his uerbis. { Dictio tantum sit. } Deinde amborum simul causas reddidit cur phaseos ipsis conueniat nomen apophanseos non conueniat: cum ait, { Quando quidem ei qui sic uoce quidquam declarat. } & quæ hæc sequuntur. hoc est, quandoquidem etsi significatiuam quarundā rerum uim habeant, horum tamen ipsum per sese utrunque

I nullius Enunciationis est effectiuum. Dehinc modos apponit quibus enunciare consueuimus: significatq; per eos nihil nominibus aut uerbis congruere Enunciationis nomen: si cum duo sint modi quorum altero enunciare est necesse, neutro illorum nomen aut uerbum proferentes enunciamus: ut posthac explicabimus. Discreuit igitur inter tractatus initia ab Enunciatiōe nomina & uerba: ab Enunciationis essentia nimirum sumpto argumento, cum nihil hæc ueri uel falsi indicēt: quod propriū est Enunciationis. In his uero ab ijs modis quibus enūciatiuas orationes usurpamus ipsa distinguere rursus aggreditur. Quoniam enim uel ab aliquo interrogati, atque interrogationi occurrentes enunciamus, uel nullo etiam rogante ab ijs ipsi sentē tiam nostram aperire uolumus qui autem nomen aut uerbum protulerit horum modorum neutro enunciat, utiq; hæc diuersa esse ab Enunciatione perspectum est. Ipsis itaq; per se proferendis nominibus aut uerbis nemine interrogāte nequaquam à nobis enunciari sæpe proditum est. Sed neque fieri potest ut
K nos ad interrogationem per hæc respondentes uerum quodpiam aut falsum prodamus, quanquam id suspicari aliquis possit. Siquis enim quodnam huic nomen sit rogauerit, ac/ Socrates/ dixerim: uerum quoddam aut falsum designauimus. & quid faciat Socrates interrogati, si ambulat/ responderimus, aliquid ueri declaramus aut falsi. Sed, quod in ijs quoque exponendis quæ de Verbo prodita sunt disseruimus, interrogationis ad responsionem complicatio, cum absolutam fecerit enūciationem, uerum falsúmue significauit: cum interrogatio neq; nomine re uera, neque uerbo contineatur: sed horum alterum quidem deposcat: non penes hæc tamen prolata fuerit. neque enim in interrogatione aut nomen aut uerbum licet proferre. Hoc autem ita se habere, discere ab ijs enunciationibus possumus quæ in interrogatione proferuntur: quarum exemplo nominum quoque ac uerborum interrogationes si omnino sint cepisse propositum est. Affirmationem nanque interrogantes dicemus nunquid immortalis Animus est? & negationem similiter, an non est immortalis Animus? Ergo si per se quoque
L proferri in interrogatione posset nomen, dicere nos oporteret nunquid uerbi gratia homo? nunquid animal? similiter & in uerbo, num currit? at horum quodlibet sensu caret. Quod si nunquid lauabor? sensu non uacat, profecto planè dilucet non solum uerbi, sed totius potestate affirmationis quæ est nūquid ego lauabor? interrogationem esse. eadem & in ijs omnibus ratio est quæ de persona dicuntur finita ac certa. Cum igitur Phasin Dictionémue aliud quiddam esse ab Enunciatione
" siue Apophansi fuerit ostensum, non eius etiam a Cataphasi
" Aristoteles uel Apophasi, uel Antiphasi hoc est Affirmatione
" uel Negatione, uel contradictione, differentiam adiecit: ut quæ
" admodū sit, ꝓspicua. qd'enim prorsus non est Enunciatio quō Affirmatio aut Negatio unquam fuerit: quarum utraque Enūciatio est? & quod non est Affirmatio uel Negatio, neque in illas diuiditur, quomodo contradictio esse possit: quæ totum quiddam est: compositionemq; ex his partibus obtinet? illud tamen de Enunciatiōe, quòd aliud sit ab ea quā nūc Dictionē
M uocant, cum rationem aliquam postulet, merito exploratum est à Philosopho, tum prius à notione essentiali Enunciationis tum nunc à nostro usu: ut recitauimus. Constat aūt uerbum, {Sit} in dictione illa/ Nomen igitur aut Verbum Dictio tātum sit nominis dictionis idest phaseos positionem in simplicibus, quod dicebamus, propositionum uocibus Aristotelis esse indicat. siquidem & ante Aristotelem Timæus apud Platonem dictionis seu phaseos nomine utitur: sed in solis ijs quæ quouis modo prædicantur. Materiatas igitur formas, cum subsistentiam in generatione interituq; obtineant, fugere, propter assiduam fluxionem dicit: neque uel eam demonstratiouem expectare quæ/ hoc/ &/ huius/ & huic/ pronomine designetur: uel dictionem quæ de ijs tanquam de existentibus & stabilibus habeatur.

XVII Harum autem altera est simplex Enunciatio: vt aliquid de aliquo: vel a quopiam aliquid. Altera ex his constans: vt composita, iam quædam Oratio. Atque simplex Enunciatio vox est quæ inesse aliquid significat, vel non inesse: prout discreta sunt tempora. N

Harum quidem inquit de quibus uel a quopiam interrogati, uel ipsi sponte nostra enunciando dicimus: de quibus proxime est locutus. Esse uero inquit ipsarum alteram simplicem Enunciationem: alteram ex pluribus non dictionibus, sed orationibus compositam. Orationem autē quæ unum habet coniunctione seu prædicatiue, seu suppositiue, ex simplicibus Enūciationibus constitutam ait: hoc est ex duabus affirmationibus uel duabus negationibus: uel ex affirmatione & negatione. Quandoq; uero & orationes deinceps plures absq; coniunctione proferentes, ut unam eam dicimus quæ ex omnibus cōstituitur: continuitate uel dictionis serie coniunctionis uicem
O gerente: ut quoniam grauiter contumeliam passus est Alcibiades, bellum intulit patriæ: Achilles iratus est Achiuis: Aiax seipsum iugulauit: atque alia quæcūq; sine coniunctione enunciare consueuimus Interdum etiam plura inter se citra coniūctionem connectentes nomina, non ad unius cuiusdam significationem complicata, ut in definionibus, sed abiunctarum rerum significatiua. unum quidpiam de ijs prædicamus: atque orationes quidem omnino pronunciamus multas: quòd subiecta sint plura: enumerationem autem quæ iugiter fit coniunctionis loco accipimus: ut/ Achilles Aiax Diomedes Græcorum optimi./ Conspicuumq; est orationes multas esse illas: quoniam potest alia uera esse, alia falsa: uelut siquis pro horum aliquo, uel etiam præter eos Epeum annumeret. Eadem quoque in ijs ratio est propositionibus quæ plura quædam inconiuncte de uno prædicant subiecto ut Socrates crus fricat: disputat: delectatur. perinde quasi quæ conflatæ sunt ex pluribus simplicioribus orationes, eaq; de re plures appellātur, aliæ ex actu integris orationibus aut disiunctis, aut deuinctis consistant, alię non ex discretis orationibus constitutæ sint: sed P uel ex inconiunctis pluribus dūtaxat subiectis, aut coniunctis uel ex prædicatis: uel etiam ex utrisq; : ut si diceremus/ ambulant disputantq; Socrates & Plato/ aut hæc ipsa sine coniunctione proferremus. Possumus & in ipsis orationibus quæ uocantur simplices alio modo multiplicem quandam inuenire simplicis compositiq; differentiam: non etiam quatenus ex pluribus constent aut non constēt orationibus: sed pro dictionum multitudine quæ ad singularum constitutionem sunt inditæ. Nam uere quidem simplicissima est ac prima ea quæ ex maxime necessarijs constat partibus, Nomine inquam & Verbo: haud uero etiam hoc sensu proprie simplex neque prima quæ hanc quouis addito exuperauit. Iccirco & Affirmatione simpliciter in collatione ad Negationem capta, Aristoteles priorem locum ab Affirmatione obtineri dixit: quamuis tum quod ad unitatem attinet, orationes perinde se habeāt: nisi equiuocum terminum nanciscantur: tum quòd ad simplicitatem
Q spectat: quasi non ex pluribus Orationibus consistant. Quin & in ipsis Affirmationibus multiplex inter se discrimen reperias. similiter & in Negationibus. Nam quę ex subiecto & prędicato coalescunt propositiones, ordine eas, si simplicitatem attendas, præcedunt quæ tertium sibi appredicatum uendicant: & hæ illas quæ cum modo constituuntur. Rursusq; in ijs quæ ex subiecto & prædicato concinnantur finito subiecto præditæ priores ijs sunt quæ ex infinito confiunt. Et quæ subiecto utuntur nomine, ijs quæ finitionem loco nominis ascisc unt. In ijs quæ ex tertio apprædicato constituuntur, quæ nomen prædicant aut uerbum, ijs quæ totam finitionem prædicatum faciunt: ut hæc/ Socrates homo est/: quam illa/ Socrates animal est rationale mortale/. Atque hæc ob perspicuitatem non multa perpensione digna sunt. Quonam autē pacto quæ per hæc dicuntur à paulo supra proditis different. Vna autem Enunciatiua est, oratio quæ uel unum significat, uel coniun- "

A ctione est una. Plures quæ plura: & non unum: uel quę uacant coniuncti one/ atq; ijs etiam quæ illa antecedunt, Est autem una prima oratio Enunciatiua Affirmatio: deinde Negatio/ operepręcium est consideremus. Itaque dicendum est. cum uel à dictionibus, uel à significatis, orationum capiatur differentia uti prius quoque asserebamus, atque ea quę à dictionibus proficiscitur alteram ex uno subiecto in dictiōe faciat atq; ex uno prędicato positiue uel negatiue consistentem, seu uerbum/ est/ apprædicetur, seu non: & siue adiunctus sit modus, siue non sit aliquis, atque absolute loquendo affirmationem solam, aut solam negationem pariat: alteram ex duabus compositam affirmationibus, uel negationibus, uel affirmatione ac negatione quam coniunctiōe unam uocauit Aristoteles: cūq; in ipsis rursum simplicibus orationibus, & ijs quę coniunctione unum habere dicuntur, affirmatiui/ & negatiui differentia spectetur: Discretio autem illa orationum quæ à significatis sit partim, unam partim plures efficiat, tres Orationum futuras esse oppositiones: quibus simplex compositę, prior posteriori, una pluri-
B bus aduersatur. Quibus igitur dicebat uerbis/ Est autem una prima oratio/ Enunciatiua Affirmationis à Negatione penes prius & posterius differentiam tradebat: solasq; has ostendebat orationes quę proprij simplices sunt, ā nobis unius appellatione dignas censeri: cum adderet, ceterę omnes coniunctione una: quasi minime nobis liceat unam simpliciter illarum q̄piam orationum nominare. Commune autem Affirmationi cum Negatione id est, q̄ ambę simplices sunt Enunciationes.
" quatenus ab ijs etiam discernuntur quę unum coniunctione
" obtinent. Itaque ea illis addens quibus dicebat, Vna est autem enunciatiua oratio quæ uel unum significat: uel coniunctione est una. Plures quæ plura: & non unum, diuisionem nobis insignificatis tradebat unius orationis, ac plurium. In his uero nunc propositis diuisionem earum in simplices docet atque compositas: ipsum hoc explicans apertissime, simplicitate Affirmationem & Negationem à coniunctione habentibus unūorationibus differre. quippe communiore uocata Enunciatione in simplicem primum atque compositam diuisa, simplicē rursus in Affirmationem ac Negationem dirimit: quarum mu
C tuum ordinem prius exposuit. Quod si doctrinæ diuisionum ordine immutato, simplicis Enunciationis differentiam à composita prius nobis tradidisset, ab hac uero quæ supra de ordine quem inter se habent Affirmatio & Negatio prodita sunt, postremum uero à significatis discrimen addidisset unius orationis ad multas, uelut si ita ab initio dixisset, Partim simplex est enunciatiua oratio, partim ex pluribus orationibus composita. simplex aut prima est, aut secunda. & harum utraque uel una est, quæ unum denotat: uel plures quæ multa significant, nemini uisus fuisset eadem prodita de ijsdem inculcasse. Minime uero putandum est, finitionem simplicis Enunciationis, siue, ut nonnulli uocauerint, descriptionem ex Affirmatione reddi ac Negatione: propterea q̄ Aristoteli dicatur, simplex enunciatio est aliquid de aliquo: uel à quopiam aliquid. & rursus, Vox est quæ inesse aliquid significat, uel non inesse. quorū alia sunt affirmationes uidelicet: alia negationes. quod quidam suspicati, Enunciationem genus nō esse existimarunt: sed uocē quæ in diuersa significata illi subiecta equiuoce discerpetur. cō-
D ueniunt enim equiuocis uocibus eę docendi rationes quę à subiectis significatis ducuntur: propterea quòd nullam hę communem naturam declarant: quam finitiones indicant. Nam finitionem iam per superius exposita habemus Enunciationis: nēpe orationem eē cui uerum competit aut falsum pronunciare. At in his cum simplicem Enunciationem à composita distinguere, & quę simplices sint Enunciationes, ex quibus ortū obtinent compositę, easq; esse Affirmationem ac Negatiōem dicere, atque ipsarum assignare definitiones proposuerit, diuisionem eius in species tradit merito, uel notionis rationem à diuisione in species desumptam. Quod autem genus esse Philosophus Enunciationem uelit plane id aperuit cum in definitionibus illam Affirmationis adhibuerit ac Negationis: eiq; ut E generi differentias prępoſuerit: in affirmatione hanc/ alicuius de aliquo/: in negatione illam / alicuius ab aliquo/. Ceterum quoniam uerba illa { Inesse aliquid uel non inesse, } tanquā pronunciata in solo præsenti tempore sunt: Enunciationes autem perinde & per præteritum & per futurum dici possunt, ea propter adiecit, { Prout discreta sunt tempora. }

DE AFFIRMATIONE NEGATIONE ET CONTRADICTIONE.

FFIRMATIO autem est enunciatio alicuius de aliquo. Negatio vero enunciatio alicuius ab aliquo. XVIII F

Diuidit omnis Affirmatio uel Negatio uerum & falsum, ut in ijsdem terminis prędicato & subiecto. non diuidit autem equiuoce, ad aliud atque aliud: secundum aliud & aliud: in alio & alio: aliter atque aliter.

Quoniam autem & quod inest licet tanquam non insit, & tanquam insit quod non inest, & quasi insit quod inest, & quod non inest ceu non insit enunciare, similiter & circa ea tempora quæ extra præsens habentur, vtique omne contingat & quod affirmauit quisquam negare: & quod negauit affirmare. Quapropter negationem omni esse affirmationi, affirmationemq; negationi omni constat oppositam. Sitq; hoc Contradictio, Affirmatio atq; G Negatio quæ sunt oppositæ. Eam porro oppositam esse inquam quæ eiusdem de eodem est. non æquiuoce autem: & quascunque id genus præfinitiones alias aduersus molestas Sophistarum argutationes adhibemus. XVIIII

Vult his uerbis finitionem tradere Contradictionis: ac pugnam esse dicere Affirmationis & Negationis: quę uerum sēmper adeo falsumq; diuidunt, ut altera ipsarum mentiente, uera altera sit: atque econtrario. Ad hoc autem asserendum, pugnā falsę esse Negationis aduersus ueram Affirmationem: falseq; Affirmationis aduersus ueram Negationem assumpsisse ex necessitate oportuit. Atq; ut hoc ita se hrē ostendat, duas oppositiones capit: unam à rebus ipsis: alteram à nostra de rebus diiudicatione. Quandoquidem enim sermo de Affirmatiōe Negationeq; est quarum utraq; in complexu prędicati cuiusdam cum subiecto spectatur sumitur à rebus quidem opposi H tio illa quę prędicatum dicit subiecto inesse uel non inesse. ab eo autem quod nos de ipsis sentimus, uel etiam pronunciamus ea quę inesse prędicatum subiecto uel non inesse à nobis dici affirmat. Itaq; cum quatuor hæc sint duarum oppositionum segmenta, quod inest quod non inest, dici inesse, dici non inesse quatuor erunt complexus. Aut enim quod uere inest nos quoque inesse pronunciamus: aut quod uere inest nos dicimus nō inesse: aut quod non inest nos asserimus in esse: aut quod non inest non inesse. Ergo si quod inest inesse perhibemus ut iustū esse Socratem, affirmationem ueram facimus: cum quod re uera inest in Socrate hoc est iustum dicimus inesse. Sin quod inest non inesse, falsam negationem: ut si Socratem iustum non esse prodamus: propterea quoniam quod inest iustum in Socrate nos non inesse confitemur. Rursus si quod non inest asse

I uerremus inesse, ut esse iniustum Socratem, falsam affirmationem confingimus: cum quod non inest in Socrate iniustum inesse contendimus postremo si non inesse enunciamus, quod non inest ut non esse Socratem iniustum, ueram asserimus negationem. quod enim re uera non inest iniustum in Socrate, hoc nos quoque non inesse arbitramur. quippe quod à nobis inesse dicitur, uel non inesse, affirmationem aut negationem facit. nam qui ineẽ quidq̃ ꝓfatur, constat eum hoc q̃d inesse ait de illo affirmare cui inesse ipsum inquit: negare qui dicit non inesse: ueram aũt aut falsam eo promere ꝙ consonam aut non cõsonam rebus enunciet. Manifestum enim est rursum, si cõcientes rebus Eũnciatiões ꝓferamus, fore ut ueritatem assequamur: uelut si quod inest inesse prodiderimus: uel quod non inest non inesse. mentiri autem si à rerum natura discordemus: ut si nõ inesse q̃d inest, uel inesse q̃d nõ inest ꝓnunciauerimus. Hinc igitur quatuor nobis ꝓpositiones emicuere: duæ affirmationes, tum q̃ inesse q̃d inest, tũ
K quæ inesse q̃d non inest affirmat. duæ negationes quæ reliquæ sunt. & altera uera affirmationũ quæ q̃d inest dicit inesse: altera falsa quæ inesse q̃d non inest. rursusq; ex negationibus hæc uera est quæ q̃d non inest fatetur non inesse: illa falsa quæ non inesse quod inest narrat. Inuenimus igitur propositionem prorsus aliq; ueræ affirmationi repugnare aduer at enim falsa Negatio ueræ Affirmationi: & falsæ Affirmationi uera Negatio. Quare non sine rõne ac uia nobis sermo ex duabus excitus diuisionibus in cõspectum sese obtulit. Quatuor quidem sunt cõmunissimæ species propositionum quæ cum ueri & falsi qualitate spectantur: oppositionum autem in propositionibus duę una ueræ Affirmationis ad falsam Negationẽ: altera ad ueram Negationẽ falsæ Affirmarionis: quas cõquirere ꝓpositum erat binasq; inuenire ad Cõtradictionẽ dephendẽdã: de qua nobis in p̃sens agitur. Hãc enĩ Affirmationis pugnã cũ Negatione uocandã Aristo. Cõtradictionem censet, perinde quasi nomen ipse hoc illi imposuerit: partibus eius in uero & falso contraria inter se asserentibus: ut declarat cum ait, { Sitque hoc contra-
L dictio. } tametsi neque in affirmatione, neque in negatione uel enunciatione huiusmodi quicquam locutus. Siquidem uel apud apprime diuinum Platonem horum quodlibet positum nomen reperias. sicut plurima quoque ex ijs pręcepta quę hoc libro de Enunciatiuæ orationis principijs traduntur, cum locis apud ipsum pluribus dispersa inuenias, tum uel maxime in Sophista: quæ post sermones de commisto Enti non, Ente plures atque admirabiles produntur. quibus ostendit & in ratiocinationibus & in opinionibus. & in ea oratione quæ ab his prodit forasq; effluit compar ipsis non Ens, hoc est falsum spectari Nanque in illis, quemadmodum primum Philosophum decet de solis Logicæ quoquæ facultatis principijs contemplari satis esse existimans, quæ de Enunciatiuæ orationis principijs conueniebat uerba ad eos fecit qui illam in primis coluerunt: uariasq; explicare propositionum generum, & oppositionum, & consequentiarum differentias omisit. sed hæc inde petere studiosis licet. Illud uero oportet attendamus, cum enumerandis
M propositionibus Aristoteles à deterioribus oratione progredi ad meliora, uelutq; à priuationibus uelit, quoniam falsas propositons primas tradidit, ab ijs autem ueras atque inter falsas, Negationem falsam falsæ Affirmationi antepofuit propterea ꝙ & ipsa per se Negatio inferior est Affirmatione, ut quæ illi collata priuationis rationem habes, uoluerit autem ueris recensendis prioris eius meminisse quæ falsarum descriptarum priori opposita est, ut prior falsarum enumerata cum uerarum depugnet priore. secundæ autem eius quæ falsarum obstat secũdæ, quo rursus falsarum secunda secundæ repugnet uerarum, eum hac de causa ueram Affirmationem ueræ Negationi necessario præposuisse. Hinc igitur sese ostendentes habens contradictiones duas: unam falsæ Negationis ad ueram Affirmationem: alteram falsæ Affirmationis ad ueram Negationem. neque præter has animo complecti aliam potes. Ob id itaque

cum omni Affirmationi aliquam repugnare Negationem col N
legerit, ueræ quidem falsam, falsæ autem ueram, eodem pacto & Negationi omni Affirmationem, Contradictionem definiuit pugnam Affirmationis & Negationis quæ ueri falsiq; nomine obiacent. Verum quoniam finito Contradictionis exactam nondum circũscriptionem habet, (neq; enim falsa quæuis Negatio contradictionem ad ueram quãlibet Affirmatiõe facit: neque ad falsam quamlibet Affirmationem uera quæuis Negatio. Quis enim dicentem / Homo bipes non est / contradicere illi arbitretur qui Hominem esse animal prodiderit: propterea scilicet quod altera uera Affirmatio sit: altera falsa Negatio? uel qui / Homo lapis non est / inquit, illi qui Hominem quadrupedem esse affirmauerit: quoniam sese ex aduerso propositiones habeant?) merito iccirco addit quas oppositas Affirmationes ac Negationes haberi oporteat: atque eas nimirum esse quæ eodem subiecto utuntur, eundemq; de ipso prædicatum declarant: id quod uerbis illis palam fecit, { Quæ eiusdem de eodem est. } Hoc autem est, Con-
tradicere propositionem inquam propositioni eam quæ præ- O
dicati eiusdem prædicationem facit de eodem subiecto in altera propositione accepto, ad quam fit contradictio. Pugnat enim propositio illa quæ / Homo animal non est / ait /, Homo animal est / pronuncianti: non autem hæc / Homo bipes non est /. siquidem ambobus terminis communicant illæ: hæ prædicato dissentiunt, / Homo quoque est lapis / dicenti, quæ / Homo lapis non est / inquit opponitur: non quæ / equus lapis non est /. siquidem hæ diuersis utuntur subiectis. Ne autem satis esse existimemus eundem sola uoce subiectum atque eundem esse prædicatum terminum, cum distinctiones illas quæ hæc exacte definiunt in promptu habere nos uelit, adiecit. { Non æquiuoce autem: & Quascunque id genus præfinitiones alias aduersus molestas Sophistarum argutationes adhibemus. } Non enim contradicitis / Aiax Hectori singulari certamine congressus est / pronuncianti, qui / non congressus est singulari certamine Aiax Hectori / dicit ambo enim perinde & uerum & falsum proferre possunt:
quamuis propositiones ijsdem terminis constare uideantur. P
sed ipsis in sola dictione, seu nuda uoce, non in significato identitatis est, cum simul ueras eas aut simul falsas ceperimus. Quod si ubi de utro tandem Aiace sermo sit explicuerimus, uerbum congredi, aut quoduis aliud de illo & affirmatiue & negatiue prædicemus, simulque conditiones alias obseruauerimus, quas deinceps afferemus, alteram ex propositionibus ueram esse, alteram falsam necesse est. Idem & in prædicato sæpius accidit: quandoquidem est & in uerbis æquiuocatio. Nam uerbum / Mando / tum iubeo significat, tum etiam manduco. ac propterea / ergo mando / & / ego non mando contradictio non est: si in alio atque alio significato sumatur. Tum hoc igitur cauendum est ne terminorum alterutrum æquiuocum asciscamus, tum etiam ne ad aliud aliudq; capiamus: ob idque uere affirmari ac negari possit: uelut si decem non plura, & decem non plura esse pronunciemus. constat enim in numero il-
lo paucioribus ueram esse affirmationem: negationem ue- Q
ro in æqualibus & amplioribus. Item ne secundum aliud & aliud eidem quid insit ac non insit: ut si / Aethiops niger & non niger est / dicamus. niger est cute extima: non niger dentibus. Neque in alio & alio tempore inesse idem possit, & non inesse: sed definitum & tempus sit quo inesse quippiam uel non inesse prædicamus. quippe / ualuit Socrates / & non ualuit / esse etiam uerum potest: si alterum anno uerbi causa proxime exacto, alterum pridie capiatur. Ad hæc uero & eodem pacto opus est, quod affirmatur negaturque prædicatum capescere. Eodem pacto inquam uel in utraque actu propositione, uel facultate in utraque si quidem affirmatio quæ cernere inquit dormientem, simul cum negatione uera est quæ non cernere ipsum con-

tendit:

A tendit: cum altera scilicet in natur sumatur aptitudine, quæ nisi quid prohibuerit, per uidendi facultatem agat, tum ad eius discretionem qui uim nondum recepit, tum eius qui illam amisit. altera in eo qui tunc per illam nõ agit. De his ergo disseruit plenissime Aristoteles in eo libro qui Sophisticorum inscrbit Elenchorum. exponitq; modos omnes tredecim numero, quibus Sophistæ aduersarios minus curiose disputantes fallere conantur: sex qui ad locutionem, septem qui ad sententiam pertinent: siue ab ipsis extra dictionem absolnte sumuntur. docetq; eorum confutationes. At hic cum modi unius id est ab æquiuocatione meminerit, qui unus est inter dictionis modos, simili ratione & cæteras cautiones omnes nobis obseruandas præ-
cipit: quas ad oppositionem exactam contradicẽtium inuicem E
ꝓpositionum necessarias omisit: perinde quasi exquisitam de ijs perpensionem nobis tradere tempestiuum nõ esset. { Molestas } autem { Argutationes } bene admodum dixit { Sophistarum } importunas ipsorum interpellationes contentionesq;: quæ nihil sane operosum habẽt: sed ijs quibus mens cõstat perturbationem solum inanemq; distractionem prębent: propterea quoniam in sophisticis confutationibus demonstrãtem interturbant: neq; ab ipso uel ab auditore comperiri ueritatem sinunt. Sed quoniam ad finem ea perduximus quæ ad Enunciatiuæ orationis principia pertinẽt, ab his deinceps aliũde sumpto initio de propositionibus ipsis conspicemur.

B

DE PROPOSITIONIBVS EX SVBIECTO TANTVM ET PRAEDICATO COMPOSITIS. F

I **QVandoquidem vero res aliæ sunt vniuersales, particulares aliæ, (Vniuersale autẽ id voco quod prędicari de pluribus est natura idoneum: Singulare quod ineptum est. vt Homo exẽpli causa vniuersale est: Callias singulare.) inesseq; aliquid vel nõ inesse cuiquam interdum vniuersalium, quãdo-**
C **que vero singularium enunciare est necesse, si vniuersaliter quispiam in vniuersali inesse enunciet vel non inesse, cõtrariæ Enunciationes erũt. (porro in vniuersali enunciare vniuersaliter intelligo, vt omnis homo albus: nullus homo albus). Quando autem in vniuersalibus quidem, non autem vniuersaliter, non sunt contrariæ: tametsi quæ indicantur, contraria quandoq; esse possunt. Dico autem non vniuersaliter in vniuersalibus enunciare, vt est albus homo: non est albus homo. Cum enim sit homo vniuersale, non tanquam vniuersaliter vtitur enunciatione. quippe nomen, omnis, non vniuersale ipsum significat: sed vniuersaliter inesse.**

D

SEcundum libri caput hinc exordium sumit: quod de propositionibus uel enũciationibus ijs esse diximus quæ ex subiecto prædicatoq; consistunt. Nos autem priusquam ad auctoris uerborum expositionem descendamus, ea quæ ad totius capitis cognitionem necessaria sunt operæpretium est contemplari. sunt autem hęc. Primum quęnam pacto negationes ex hisce efficiamus affirmatiõibus. Dein quomodo propositiones uniuersas quæ ex subiecto constant & prædicato sumpsisse poterimus: quo nihil uereamur non posse in hoc propositionum genere præter has aliam esse dicere. Et præterea quænam ex ipsis contradictorie oppositæ inter se sint, quę non contradicãt re uera, cum contradicere uideantur. ac qua ratione mutuæ illarum oppositiones appellandæ. Ex affirmatione igitur negatiua assumpta particula negationem fieri liquet. quo autem Affirmationis loco ponenda ea sit, ut Negationem conficiamus, idq; quamobrem, explicandum est. Itaq; non subiecto illam aio, sed pręedicato construẽdam. primum quidem propterea quòd potius pręedicatum est, uti diximus, ac prius subiecto: unde & tota oratio prædicatiua nominatur. Nobis igitur Affirmationem tollere atque efficere Negationem uolentibus, non negatiua particula, quæ sublationis auctor est, parti despicabiliori, sed præstantiori inferenda. Siquidem & animantium, immo uero animatorum omniũ non quæuis sublata particula totum labefactauit: sed ex pręci-
puis aliqua. Deinde quoniam affirmationem quatenus inesse G
quidquam dicit, obsignari exculpiq; ꝓdidimus. Hoc uero etiã affirmat propositio illa quæ negatiuam particulam subiecto coniunxit. Nam qui / non Socrates ambulat / dixit, non quod est ambulare à Socrate sustulit: quod sanè facere eum oportebat qui proferre instituit Negationem: sed alium à Socrate quempiam inquit ambulare. quomodo ergo huius / Socrates ambulat / negatio fuerit: cum neque de eodem loquaẽ subiecto: aliq; inesse ambulationem asserat? Quamobrem necesse est negatiua particula prædicato dũtaxat iñcta Negationem fieri: quo modo se habet propositio ea quæ / Socrates non ambulat / dicit. Hæc ergo / non Socrates ambulat / quoniã negatio non esse ostensa est, propositio autem omnis aut negatio est, aut affirmatio, erit affirmatio pędita subiecto infinito. Nomen quippe negatiua accepta particula infinitum nomen uocamus. eiusq; negationem hanc eadem ratione esse inueniemus / non Socrates non ambulat /: particula negatiua ad prædicatum in Affir-
matione utiq; posita. Quare duæ circa idem subiectum cõtra- H
dictiones fiunt: una quæ ut finito eo utitur: altera quæ tãquam infinito. Hæc cum ita se habeãt, diuisiones dehinc inspiciamus: ex quibus propositionum earum numerus quę ex subiecto cõstant & prædicato elicere est integrum. ac cõtradictiones primum illas quæ in ijs fiunt numeremus. patet enim plures duplo propositiones contradictionibus futuras. Quandoquidem igitur duos hæ terminos tantum propositiones subiectum p̃dicatumq;, & complexum præterea subiecti ad prædicatum, nec quidquam præter hæc aliud obtinent, diuisiones quoque prorsus ipsarum necesse est aut à subiecto solo, aut à solo pręedicato, aut à prædicati cum subiecto cohærentia proficisci. cohærentiam autem eam nomino, qua uel semper subiecto prædicatus incumbit: uelut cum Solẽ dicimus moueri: aut hoiem esse animal. uel inest nũquã: ut cum stare Solem affirmamus:

I aut hominem esse pēnatum.uel cum inest quandoq;, alias autem nō inest:sicuti cum ambulare perhibemus Socratem aut legere. Enimuero has cohærentias ijnuncupant propositionū materias quibus curæ fuit de harum arte differere. unamq; ex ijs esse aiunt Necessariam:alteram Imposibilem:tertiam Cōtingentem.quorum sane nominum causa in propatulo est.In summa cohærentias has,materias ideo uocandas censuerunt, q; cum rebus quæ subiectæ propositionibus sunt simul appareant:neq; à nostra opinione uel prædicatione, sed ab ipsa rerum natura desumantur. Quod enim ita se habet ut semper in sit,necessariam materiā efficere arbitramur.quod semper non inest,imposibilē.quod uero alternat, ut alias insit,alias secus, contingentem. Quoniam igitur subiacent res ppositionibus, ubiq; uero subiectum uel materiam esse,uel materię rationem ad id obtinere cui subiacet affirmamus, eas iccirco materias uocari dignum existimarunt. Diuisio itaq; hac ratione à subiecto fit,Subiectus in propositione uel singularis est,uel uniuersalis.nec medium obtinet diuisio:siquidem unam,uti asserebamus,quæ à subiecto significatur,quemadmodum à prædicato etiam esse oportet naturam,si una re uera esse ppositio debeat.Hanc porro unam naturam aut de pluribus quibusdam prædicari,aut de solo uno subiecto necesse est. Ac si quod uelut subiectum assumptum est ex eorum fuerit numero quę de uno solo prædicantur,ut Socrates uel Plato,singularem patēt propositionem fore.Sin ex ijs quæ de pluribus appellantur,ut homo uel animal, uniuersalem. neq; præter hæc constat propositio.Porro si uniuersalis subiectus sit,hunc uel sine ascititia Præfinitione,uel cum ea pronunciari est necesse.Dicuntur autem ascititiæ Præfinitiones,seu grece Prosdiorismi, uelut adiectitiæ quædā dictiones quæ subiectis concinantur, declarātq; quonam pacto prædicatum sese ad indiuiduorum quæ subiecto comphendūtur multitudinem habeat: siue quasi insit,siue quasi non insit sumat.Ideo quatuor quoq; numero sunt,/omnis/&/nullus/:/aliquis/,&/non omnis/: duæ uniuersales/omnis/&/ nullus/: particulares totidem / aliquis/&/non omnis/.
L Atq; ex uniuersalibus affirmatiua altera est/omnis/:ut/omnis homo animal/:quæ subiectis homini indiuiduis omnibus animal inesse indicat:altera negatiua/nullus/:ut/nullus homo pēnatus/:nimirum significans hominum nulli singulorum ineē prædicatum. Et particulariū rursus altera affirmatiua/aliqs/:ut/aliquis homo albus/:quæ uni cuiquam inesse ex ijs indiuiduis predicatum declarat quæ subiecti circuitu clauduntur negatiua altera/non omnis/:ut/non omnis homo iustus/:quę ipsius/omnis/sublatrix est:significatq; uerum nō esse indiuiduis omnibus quæ subiecto continentur prædicatum competere. Haud uero in indiuiduis tantum præfinitiones ascititiæ certas distinctiones faciunt:sed si genus forte subiectum sit propositionis,conuenient in speciebus ijs potissimum quæ ad genus illud referunt:cum quod de ipso prædicatur,substantiale quidpiam fuerit:secunda ratione & indiuiduis quæ à speciebus illis ambiuntur.siquidem nec aliter indiuiduis potest genus impertiri,nisi per suarum specierum interuentum. Ergo cum/omne
M animal substantia,quoddam animal uolucre/dicimus,quoniā suapte essentia prædicata subiectis cohærent, substantiam de speciebus absolutæ animalis omnibus prædicari in primis dixeris:uolucre de ijs quæ ipso naturæ habilitate impertiuntur:illorum mq; beneficio de ijs indiuiduis quæ sub speciebus colligūtur.Interdum quoq; de solis speciebus enunciationē facimus: ceu cum dicimus,omnis Quanti species consistentis ex partiū situm obtinentibus constat:speciesq; est cōtinui:aut forma naturalis omnis suam in mundo subsistentiam habet. Cæterum constat accidentia cum & aduentitiam obtineāt naturā,& eidem inesse ac non inesse natura sint apta,dictum iri à nobis de indiuiduis presertim prædicari:quę indiuidua modis omnibus tum penes accidentia,tum substantiam mutari natura uoluit. non proprie uero de speciebus:quę ob incorpoream,immutabilemq; suipsarum naturam, ne participes quidem esse eorū possunt.Si itaque ascititia nulla præfinitio subiecto adhæreat, impræfinita Propositio græce aprosdioristos nominat:ut homo ualet. Quod si præfinitione aliqua non uacet, præfinita Propositio,græce prosdiorismene dicitur. Verum si uniuersalis ea fuerit præfinitio,uniuersalis uocat: sin particularis,particularis. Quatuor igitur nobis oppositionum species in propositionibus ex subiecti diuisione in conspectum prodeunt: singularium: quibus non additur præfinitio : uniuersalium, siue uniuersalium uniuersaliter: & uniuersalium non uniuersaliter (sic enim quoq; eas uocant per id ab alijs discernentes quæ p inde atq; hæ subiecto uniuersali utuntur, quod in his præfinitiones uniuersales sint uniuersalibus subiectis coniunctæ)& præter has particularium,siue uniuersalium ut particularium. Habent enim hæ particulares præfinitiones subiectis uniuersalibus adhibitas.quo fit ut ita quoq; appellentur. Porro differunt eo singulares à particularibus,quod in uno quodam finito & certo singulares enunciationē conficiant:ut Socrate.particulares,etsi ad unum aliquod respicientes pronuncient,nihil
O tamen certum significent: sed in quouis aliquo ueræ esse possint:ceu cum dicimus aliquis homo iustus est/.nihilo enim magis Socratis gratia uerum affert propositio,quam Platonis,uel Aristidis.Propterea singularem recte finitam Theophrastus nominat:particularem infinitam. Ac diuiditur quidem singularis ex aduerso à simpliciter uniuersali:ab uniuersali autē uniuersaliter,particularis talis igitur à subiecto diuisio est propositionum. Cæterum à prædicato dicēdum est quatuor species has omnes triplicari. Quoniam enim prædicatum uerbum sit necesse est,tempus autem adsignificari à uerbo docuimus,capiturq; tripliciter Verbum,in præterito,instante, cōsequente, patet ex quatuor à prædicato speciebus quālibet uariari tribus modis licere:uerbi causa si in singularibus dicamus/Socrates ualuit:Socrates ualet: Socrates ualebit./Itaq; ob id in propositionibus duodecim species fiunt oppositionum. Nāque Aristotelem audiemus docentem quādam quoq; fieri à temporibus aliquando Propositionum differentiam. Quandoquidem
P uero oppositionum harum duodecim trifariam singulæ secūdum tres materias capi possunt,harum oppositiōes omnes sex & triginta fieri accidit: finito nimirum subiecto. quibus pares eas numero fieri necesse est quę ex infinito subiecto componūtur. Quippe in singulis finito subiecto utentibus si negatiuam subiecto particulam addideris,eas quæ ex infinito constāt efficies. Fiunt ergo duæ & septuaginta oppositiones omnes contradictiones q. earum propositionum quas pensitandas proposuimus. Verum posteaquam ipsarum tradidimus numerū cōsequens est deinceps consideremus quæ in numeratis oppositionibus contradictoriæ propositiones aduersæ inter se sint:q; secus.& quinam inter se respectus non contradictorie sint obiacentium.qui uero ad comprehensarum in ipsis utrāq; propositionum habeatur contradictorie repugnantium.Supra enim sumpsimus Negationem omni esse Affirmationi, & Affirmationem Negationi omni cōtradictorie oppositam. Singulares igitur contradictorie depugnare apud oēs in confesso est. Quę
Q stionem uero quandam exhibent illæ quę in futuro capiuntur tempore:quam infra exponet,soluetq; Aristoteles. At de impfinitis inter eos non conuenit qui de hoc theoremate quidquā pronunciarunt.quomodo autem sese uerū habeat nequit intelligi,nisi quo pacto præfinitæ se habeant inspexerimus:de quibus nulla aut fuit,aut esse potest controuersia. quocirca de his prius agendum est. Quoniā igitur Cōtradictionem finiuimus pugnam esse Affirmationis & Negationis quæ uerū semp sal sumq; diuidit, liquet quas uel cōmentientes quādoq; ppōnes inuenerimus,uel simul uerum āsserentes, utiq; non inter se eas contradictorie oppositas à nobis dictum iri. Ergo quæ uniuersales nominantur,quasi simul falsę in materia sint cōtingente, contradictionem facere haud quaquam dicentur. Verūtamen nec particulares contradicere affirmabimus:ut quæ simul ueræ in eadem sunt materia. tametsi ambæ in ceterarum utraque materiarum uerum ac falsum secernant . Veræ igitur ambæ in materia necessaria sunt Affirmationes : quæ id esse aiunt

A aiunt quod ex necesitate competit. Negationes falsæ: quæ id tollere contendunt. Contra autem iure se habent in ea materia quam imposibilem uocant.ueræ enim sunt Negationes:quæ imposibile,ob idq; nunquam competens asserunt non inesse. falsæ Affirmationes quæ competere id dicunt. In contingente ambæ falsæ uniuersales:ambæ particulares ueræ. quoniam q̄ in ea prædicantur materia, aliquando natura fert inesse subiectis,quandoq; nō inesse:atq; alijs inesse illorum,alijs minime: ut. oīs homo albus:nullus homo albus/ambæ hæ falsæ:Affirmatio ,ppter Aethiopas: Negatio propter Scythas, si ita forte contingat./aliquis homo albus:non omnis homo albus: hæ uidelicet simul ueræ sunt. Quas ergo uniuersales ut uniuersales minime contradicentes ostendimus, contrarias nūcupant. quoniam contraria cum in medio carētia eodemq; prædita diuidantur,similes hæ contrarijs medio carentibus propositiones sunt in necessaria imposibiliq; materia. Nam & adest ex necesitate horum alterum subiecto:& hæ propositionem al-
B teram ueram obtinent: quæ rei quoq; essentiam hac de causa imitatur:quemadmodum essentiæ priuationis imago est falsitas.in contingente uero medium posidētibus: quorum potest utrunq; subiecto non adesse. Vel,quoniam ulla contraria non satis constat uacare medio,q; ceu confessum ij censent sumendum,qui eo quo prodidimus modo propositionum,quæ contrariæ nominantur,appellationis causam reddunt,magis dicēdum est,non posse in eodem subiecto simul actu esse contraria:posse autem simul inde abesse.Propositiones itaq; hę cum simul nunquam ueræ sint,quandoq; uero & simul falsæ,contrariaq; hac ratione imitētur, contrariæ appellari merito possunt. Dicere etiam licet contrarias ob id nuncupari q; spatio in tre se distent plurimo.absunt enim cōtraria maximo interuallo à se mutuo inter ea quæ sub eodem genere colliguntur. Sic E uero & harum utraq; sese habet ad alteram: siquidē altera subiecto comprehensis indiuiduis omnibus, altera nulli inquit inesse prædicatum.Particulares autem Subcontrarias nomināt: quasi sub contrarijs ipsis constitutas, affectatricesq; illarum. Nam cum uera altera est uniuersalium, uerax tunc & subdita illi particularis est propositio: ut quæ ceu pars eius est: atq; ipsius ambitu continetur.iccirco Affirmationes quoq;, particularem,uniuersalemq;, similiter & Negationes uocant Subalternas.Particulares igitur ne oppositæ quidem inter se esse proprie dicentur.nam q̄ species ijs oppositorum cōuenient? Quod si contradictoriæ his oppositas quæras, particulares uniuersalibus cum qualitatis oppositione contradicentes inuenies: hoc est uniuersali Affirmationi particularem Negationem: & uniuersali Negationi particularem Affirmationē. Quocirca quæ in descripta inferius tabella situm diametricum inter se obtinēt angulorum præfinitæ propositiones,eæ sibijnuicem contradi cunt,siquidem hæ uerum & falsum perpetuo diuidunt:neq; id F ab re.Nam Contrariæ & Subcontrariæ quasi differētes idem retinent quantum.Subalternæ quanto dissentiētes eodem quali præditæ sunt.Hæ uero ambobus pugnantes absolutam perfectamq; inter se habent differentiam. quo fit ut eę simul falsę, aut ueræ esse nequaquam possint. Nāq; in materia necessaria uerum asserētibus Affirmationibus falsas Negationes esse,cōtra uero in imposibili, ex supra dictis perspicuum est. in contingente autem mentiente uniuersali Affirmatione, particularis negatio , ut quæ illi contradicit , uera est uniuersaliq; fallente negatione , particularis affirmatio , uelut contradicens illi, uerum fatetur. ideo simul illis mentientibus, hæ simul uerum pronunciant.

PROPOSITIONVM TABELLA.

C G



D H

Singulares, Socrates ambulat, Socrates non ambulat . Impræfinitæ, homo ambulat : homo non ambulat : quæ & uniuersales non uniuersaliter dicuntur . omnis autem homo ambulat , nullus homo ambulat, cum ascititia præfinitione omnis & nullus, uniuersales ut uniuersales.

Quoniam uero imperitiores perturbare in imposibili materia consueuit particularis Negatio, quæ simul mendax esse cum uniuersali uidetur Affirmatione: ceu cum dicimus/non oīs hō pēnatus/:eo q̄a,sed/quidā est, q̄dā nō est prefinitio/nō omnis/secum inferre uideatur, id quod in imposibilibus falsum plane est,conuenit de his quoq; disserere.Itaq; ex ijs quæ supra de/non omnis/ præfinitione prodidimus, licet quæstionis solutionem prompte explicare.Dicimus enim/non omnis/ ipsum per se dūtaxat sumendum esse ut uim propriam obtinēs qua/omnis/præfinitionē tollit: nec aliud secum quicquam adducit.Ergo in q̄bus rebus mētiri/oīs/uidetur, in ijs uerum asserit/non omnis. Quamobrem & in propositis, quoniam falsus est qui/omnis homo,inquit, pēnatus/is qui/nō omnis pēnatus /dicit/uerus erit. nam aut omnis , aut non omnis. sed omnis

I falsum est. ergo uerum non omnis. Vt autem plenius illorum difficultati occurramus, dicẽdum est, particularem Negationẽ simili cum particulari Affirmatione, quod quidem ad particulare ipsum attinet, facultate esse prædità. Quapropter quo modo particeps ueritatis particularis Affirmatio fuerit, seu tãquã particulari perpetuo Negationi, seu minus cõcurrat, eodem uidelicet pacto & particularis erit Negatio. Quandoquidem igitur habitibus quibusdam Affirmationes, Negationes priuationibus proportione respondent, notiores autẽ habitus sunt priuationibus, ab Affirmatione utpote cognitione, de Negatione ipsa contemplandum est. Itaq; uniuersalis Affirmatio cum uerax in materia sola necessaria sit, ueram ĩ duabus materijs particularem Affirmationem cernimus, hac nimirum, ac contingente: nõ eodem tamen in utraq; modo: sed propter sese ita in contingente, ut alicui competat subiecto prædicatum, nõnulli non competat: quando & particularis certe Affirmatio particulari concurrit Negationi: ab uniuersali autem Affirmatione
K disidet. in necessaria uero non sua causa: sed propter uniuersalem: ideo nec nunc illi cum particulari Negatione conuenit. nã /aliquis homo animal/, ppter uniuersale/omnis/uerum est: nõ uerum tamen est &/non omnis/: quemadmodum in impossibili propter uniuersalem Affirmationem quæ per se totam mẽdax est, particularis quoq; falsa est Affirmatio: ut quando dicimus/quidam homo pẽnatus/. neq; enim propter seipsam falsa ipsa est. Eadem igitur ratione cum & uniuersalis uera Negatio sit in materia sola impossibili, ueram Negationem esse particularem necesse est in duabus materijs, contingente ac neq; cognata, neq; prorsus aliena (quare propter seipsam quoq; uera erit, particularíq; consentit Affirmationi: ab uniuersali autem Negatiõe discrepabit.) pterea & in impossibili materia: in qua cum uniuersali erit Negatione: quasi ueram prædicationem illius obtineat beneficio: à particulari autẽ Affirmatione dirimetur. His itaq; explicandis longiorem morẽ traximus quàm rei dignitas postularet. In summa autem ea dicere experiamur q̃
L de negatiuis ipsis præfinitionibus, cum profundiorem habeãt contemplationem, Porphyrius Philosophus tradit: addentes nimirum & ipsi siquid ualemus cõmentando: quo planius de ijs ꝓcipiatur. Quęsierit. n. quispiã quo pacto cum Negationes ex pfinitis conficimus Affirmationibus, non prędicatis negatiuas, ut supra censebamus, particulas, sed pfinitionibus ipsis cõstruamus: q̃ partes perh bent subiectorũ: non qdẽ eorũ qui p sese dicuntur: sed qui ab ipsis uelut formam sunt adepti: prædicantur autem nullo modo: si est id quidem Subiectum de quo instituitur oratio: Prædicatum quod fertur de illo: pronunciemus ; de omni homine animal esse: haud uero omnem hominem omne esse animal. quandoquidem hoc tum falsum est, tũ fieri nequit. paulo post uero & album esse de quopiam homine demonstrabitur: non ipsum tamen album, aliquem esse hominẽ. Quõ ergo non huius esse Affirmationis/omnis homo ambulat/negationẽ illam/omnis homo non ambulat/sed hãc /non omnis ambulat/dicamus/& huius/aliquis ambulat/non illam/aliquis non ambulat/sed hanc nullus ambulat: atq; ipm hoc/nullus/uel magis quod Græci οὐδεὶς uocant, quam uim
M habeat declarandum est. Quæstionis igitur occurrentes principio potiori ,ppositionis ubiq; parti ut Negationem conficiamus per eas quas supra attulimus regulas admoueri dicemus oportere negatiuas particulas. Itaq; cum in singularibus impfinitisq; ,ppositionibus pstãtius subiecto pdicatũ cernamus, nec eo qequã magis primariũ in eiusmodi ,ppõnibus inueniamus, negatiuã merito illi pticulã adhibuimus. In pfinitis autẽ cardo est & caput præfinitio. quo fit ut inde etiam pfinita ,p positio nominetur. Etenim tametsi construuntur subiectis pfinitiones, partesq; eorum, uti diximus, fiunt, attingunt tamen quodam pacto & prædicata: atq; uni ne, an omnibus eorum insit prædicatum declarant quæ subiecto comprehenduntur. Quoniam uero non addito numero pluribus inesse, nõ autem omnibus definire nequaquam licet, ea propter negatiua iure his particula iungitur, & q̃ fiunt hoc modo Inficiationes, Affirmationibus ,tradictoriæ sunt oppositæ. Illã uero pdicato cõ- N
iungentium, quæ in uniuersali id facit Affirmatione eandẽ uniuersali Negationi facultatẽ obtinet. nam/omnis nõ ambulat/ idem significat/ac nullus ambulat/. quæ in particulari, particulari Negationi. quid enim aliud/aliquis non ambulat/designat quàm non omnem ambulare? quamobrem in hac quæ fiunt utroq; modo Negationes mutuo concurrunt. itaq; exploratũ est, compositam/non omnis/præfinitionem esse ex/omnis/& tollente ipsam particula. At/οὐδεὶς/Græcis. i. nullus unde ortũ putabimus? nam/οὐχί τις/hoc est non aliquis Negationem eẽ oportebat: quę negatiuam particulam/aliquis/præfinitioni anteponit. An dicendũ, si ita proferebatur, nihil finitum certumq; fuisse in quãtitate significaturam. quippe & nullo ambulãte, & ambulantibus pluribus uerum est hoc/nõ aliquis ambulat. apertiusq; hæc propositioni adhuc illi/οὐχί τις. i. non aliquis ambulat/accidissent, q̃ illi quę/οὐχί ἕις. i. nõ unus hẽat οὐχί ἕις per synalœphen seu collinitionẽ facit. Cum igit neq; oibus uolunt, neq; pluribus non aũt oibus, ac ne uni quidẽ eorum q̃ sub uniuersali subiecto comprehenduntur inesse prædicatum ostẽdere, οὐδεὶς dicunt: quod ex tribus partibus orationis compositum est, οὐ negatiua particula, δὲ coniunctione siue ad id q̃d est neq; omnes neque plures sit: siue, ut Porphyrius Philosophus censet, ad cautionem copulet distinctionemq; ambiguitatis accepta: & præterea εἷς numerali nomine: quod etiam inflecti uidemus: dicimus q̃: οὐδεὶς. i. nullo ambulante. ac pertrium generum uariamus differentias/οὐδεμία. i. nulla ambulat: & οὐδέν. i. nullum ambulat. Οὐδεὶς ergo ἀ δὲ coniunctione per duarum collisionem uocalium factum est in his dictionibus οὐδὲ ἕις concurrentium. perindeq; se habet atque illud, μηδ' ὄντινα γαστέρι μήτηρ. i. nec quem utero mater: & ἀποκρινομένου τοπαράπαν οὐδὲ γρῦ hoc est nec quidquam omnino respondente. Οὐδεὶς uero quod etiam nullus significat, ἃ τε harum synalœphen/οὐτε ἕις/dictum est uocum. Sed quomodo τὶς dicente Affirmatione, in Negatione quæ illam tollit, nõ
P οὔτις. i. non aliquis, uerum οὐδεὶς Græci pronunciant? An ,pterea dicemus ꝓ ἕις latius quàm τὶς capitur, si simpliciter spectetur. Nam cum subiecto iungi τὶς, quo pacto & aliæ pfinitiones singulæ, perpetuo uelit, eo quod ea significent ipsæ quomodo sese habeant subiecto comprehensa, ut prædicato impertiantur, aut secus, accipitur quidẽ et hoc modo ἕις in uersu illo, ἕις δὲ τὶς ἀρχὸς ἀνήρ. i. Vnus uir princeps aliquis: & in illo ἕις κοίρανος ἔστω, hoc est unus Rex esto. sumitur uero & ut prædicatum, non in ijs solũ quę unica appellantur, ceu cum /sol unus est/proferimus: uel/unus est Mundus/quando & nomen/solus/. Illi uel actu, uel omnino potestate adiungimus, sed & in singulis absolute ijs quæ quouis modo sunt: ut ipsorum quoq; multitudo subsistentiam habeat: cum neq; prædicari p se præfinitiones ualeant: neq; alijs rationabiliter prędicatis cõiungi: ut sequens nobis oratio demonstrabit. Has ob res igitur ἕις, id quod dicebamus, quàm τὶς latius capimus. Cęterũ cum mutuo conueniant, quatenus complicantur subiectis, non singularibus, quorum nulla pars est, sed quibus prędicari de pluribus natura est insitum, tunc quoq; nõnihil inter se habere discriminis uidentur. Nam quoniam ex multis quodlibet & totũ quiddam est, & eius ueluti pars quod de ipsis prædicatur communiter, si ceu totum quid sit, quãuis induiduum dicas ab ijsdem specie ex diuerso distinctum, unius ad ea complexionem recipit. sin tanquam pars ipsius cõmunis quodã pacto existat, cuiusquam. quapropter nec contradicere in ijs licet quæ tota dũtaxat sunt. eam ; ratione hac/unum/ad/aliquid/in particulis quam & singularis Grecis articulus ad/omnis/in uniuersalibus differẽtiam obtinet. Nam & /ho anthropos. i. homo animal/&/omnis homo animal/dixerint. habet enim articulus uiꝭ uniuersalis præfinitionis: ut ad calcẽ libri edocebimur. Sed articulus uniuersalis subiecti unioni conuenit, quo fit ut tum unicorum tuꝭ indiuiduorũ singulis cõiungatur. aiunt enim ὁ ἥλιος καὶ ὁ σωκράτης id est Sol & Socrates, quandoq; uero & in eo q̃d inter cognata pcellit: ceu cum ὁ ποιητὴς dicũt, uel ὁ ῥήτωρ,
Q
hoc

A hoc est Poeta uel Orator. /omnis/autem illorum cõgruit multitudini quæ sub ipsum conferuntur. Ergo cum nomen ἕις uelut prædicatum tollunt, tunc non ipsi, sed uerbo/est/negatiuã nectunt particulã: quod & actu omnino in eiusmodi propositione exprimitur: aptumq; est natura prædicatum subiecto copulare. Affirmationis enim uerbi causa dicentis/hic lapis unus est/dicet negatio/hic lapis non est unus/. Quando autem ἕις uelut subiecto applicitum aut τὶς summouent, Negationẽ facientes particulari contradicentem Affirmationi οὐδεὶς dicũt, uel οὔτις. uerum cum οὐδεὶς proferunt, non quasi τὶς præfinitioni, sed tanquã ἕις nomini occurrunt. ac deuitata οὐχ ἕις dictiõe, uelut, ambigua, & οὐδὲ ἕις, ut quæ præter ambiguitatem quoq; male sonet, οὐδεὶς uel οὔτις pronunciant. τὶς autem præfinitioni occurrere tunc proprie uidentur, cum οὔτις dicũt: non posito/scilicet super τὶς acuto accentu (non enim græca cõsuetudo huiusmodi pronunciationem nouit) sed super οὔ negatione: quale est illud οὔτις ἐμεῦ ζῶντος. i. Me quisquã haud
Б uiuente: & Μήτις νῦν ἐνάεσον. i. Nequis nunc spolia, sed hoc poeticæ, οὐδεὶς autem cõmuni usui familiarius est. Hęc habuimus quæ de præfinitis propositionibus diceremus. Quonam autem pacto sese impræfinitæ ad contradicendũ habeant, aut secus, hoc est an præfinitarum nõnullis idem ualeant, per ea q̃ sequuntur simul cum Aristotele progrediẽtes explorabimus. Ad hæc igitur ipsa Auctoris uerba inspiciamus: quibus cum proditam à subiecto diuisionẽ nobis tradiderit ,ppositionum, discreueritq; ab uniuersalibus singularia, id esse inquit { Vniuersale quod prędicari de pluribus est natura idoneum: } uniuersalia nimirum ab ijs quæ de pluribus prædicantur æquiuoce eo secernens quòd prædicari de pluribus natura comparata sint. hoc autem est non lege quapiam ac positione, quemadmodum Aiax et Alexander, sed quod unam indicet naturam: quæ cum in quolibet sit ex pluribus, facit ut & illam significãs nomen de ipsis prædicetur. Omnino autem de uocibus disse-
C rens, diuisionem rerum facit ,ppterea, quoniam Philosophis non de uocibus potissimum, ut Oratoribus Grãmaticis ,ꝭ, uelut supra quoq; docuimus, sed rerum comprehensionis gratia agitur. Species itaq; ,ppositionum cum in uniuersales ac singulares absumpserit, diuisionem addit uniuersalium in uniuersales quæ ut uniuersales siue uniuersaliter uocantur, atq; impræfinitas. nam de particulabus posthac meminerit. In his autem uniuersales in uniuersalibus Enunciationes contrarias esse ait ijs scilicet de causis quas recensuimus. quæ uero sunt uniuersales, non autem uniuersaliter, hoc est impræfinitas ,. contrarias quidem non esse illas: ut tamen contraria sint quæ ab ijs significantur fieri posse nonnũquam. Quòd igitur uniuersales non uniuersaliter impræfinitas ipsas nominet, exempla etiam quæ affert id plane indicant/homo albus est/&/ homo albus non est/. eas autem ita appellat, quoniam uniuersali ipsarum subiecto non sunt uniuersales præfinitiones attributæ. quod etsi in particularibus potest congruere, habent tamen illæ quoddam
D peculiare particulares ipsas præfinitiones: à qbus nomẽ quoq; sibi uendicant. Quomodo autem non esse contrariæ dicantur, sed contraria quandoq; significare, hoc Explanatoribus non parum iam exhibuit negotij. Fortassis autem ipsis auctoris uerbis consentaneum fuerit, si uelle quidem Aristotelem simul ueras inter se esse impræfinitas propositiones dicamus: ut ex sequentibus erit perspicuum. atq; ob id non esse contrarias eas merito affirmare: haud enim contrarium est mutuo simul esse illas: uerum quoniam fieri potest aliquando ut ex Negatione illa quæ in affirmatione contrarij uera est, suspicentur nõ nulli contrarias tunc propositiones has, ceu contraria quędam significantes, appellari oportere, propterea causam sic opinantibus adijcere paralogismi impostricisue ratiocinatiõis: eadẽq; ijs pronunciare quæ in postremo libri theoremate dicentur. Contrarias igitur eo definitas esse opiniones putare, quoniam sunt contrariorum, falsum est. Quæ enim bonum esse bonũ & malum esse malum arbitratur, eadem fortasse erit & uera: siue plures sint siue una. At hæc sunt contraria. uerum non eo ꝓ sint contrariorum: sed magis ꝓ contrario sese habeant modo. Nullo igitur pacto cõuenire impræfinitis contrariarum nomen, plane Aristoteles pronũciauit his uerbis. Quãdo autem contraria esse quę indicantur possint, bene Porphyrius explicauit Philosophus. Non enim ei semper quod affirmatur contrarium quidpiam est inquit. neq; dici semper uera esse de eo potest negatio quod est affirmatæ rei contrarium: sed de contrario quandoq; : interdum de priuatione: aliquando de horum neutro: uerum tollere id solum quod affirmatio prodidit. Par enim est impari, & nigrum albo contrarium: ueraq; de ijs fiũt non impar & non album: contrarijs Negationes ex necessitate comitantibus ijs quę carere medio dicũtur: contingenter autem medio pditis. At huic rei/uidere/opposita priuatio est uel actionis: ut non in eo qui captus est oculis, sed dormiente: aut conniuente. uel facultatis: ut in cæco: quæ per id significantur quod est/non uidere/. Nõnunquam uero & quod productricem nondum actus potestatem accepit, actus inficiatione in-
F dicamus: ut in catulo recens edito, & quod capax neutriquã est facultatis: ut in ligno. nam non cernere & lignum dicimus. ac nullo sane horum id quod à negatione significatur dixeris esse affirmationi contrarium: uerum modo priuationem: modo autem non priuationem, sed diuersitatem dũtaxat. At uero animali alijue substantiæ neq; ut contrarium, neq; ut id genus priuationem opponi quidquã unquam inuenias: nec quanto definito: aut figuræ: neq; actibus ijs quę non secundũ aliquod cõtrarium fiunt. Rei enim/calefacere/cõtrarium est frigefacere/; siquidem est & calido frigidum, haud uero contrariũ huic fuerit rei quę est/intelligere/uel/ambulare/. Itaq; hac de causa q̃d negatione significatur, ei quandoq; contrarium esse ait quod affirmatio declarat: cum ipsæ nullo mõ inter se contrariæ sint propositiones. Hoc autem in solis impræfinitis iure annotauit; tum propterea ꝓ uniuersalium solæ hæ propositionum affirmationes negationesq; habent quæ penes pdicatos solos terminos, non penes pfinitiones aliquas fiunt. à quibus, uel si p
G seipsæ affirmatiuæ ac negatiuæ capiantur, ut/omnis, non omnis, aliquis, nullus/rerum significari contrarietatem ne suspicari quidem aliquis possit. id quod faciunt prædicati: ac tunc maxime cum in medio expertibus contrarijs Affirmationẽ ac Negationem conficimus. Est enim, ut sæpe cõmonuimus, præfinitionum, solam multitudinis eorum differentiam significare quæ subiecto comprehenduntur: quasi partem obtinentium prędicati qui in propositione est, aut non obtinentiũ tum quoniam ea prospicua sunt quæ in aliarum oppositionibus accidunt: Vniuersales exempli causa ut uniuersales simul mentiri: proinde esse contrarias. Particulares simul uerum afferere; nec nomen competere illis contrariorum quẽquam arbitrari. Angulares ex diametro, Singularesq; uerum ac falsum diuidere. At in impræfinitis, quoniam neq; singularis, ac finitus subiectus is est, neq; aliqua illi præfinitio adhæret, manifestus haud admodum est earum oppositionis modus, sed quinquam uelut contrarias quoq; oppositas interdum eas esse putauerit. si H
significariq; hoc asseuerat Aphrodisiensis interpres uerbis illis { Tametsi quæ indicãtur contraria quandoq; esse possunt. } cum tamen clamet in sequẽtibus Aristoteles parem ipsis cum particularibus facultatem adesse. Particulares autem cum sese ad contrarias ex diametro habeant iuxta ipsum hoc Aristotelis placitum, quod est simul eas in quadã materia hoc est cõtingente uerum fateri, alius quisquam contradicere quoq; impræfinitas sibijnuicẽ existimauerit: sed uelut alteri similiter angularium contradictioni quæ est aliquis & nullus. Has ob res igitur significauit hoc solum ,ppositis uerbis Aristoteles equũ non esse contrarias eas appellare: licet contrariarũ rerum quãdoq; indices fiant. pergens uero & simul ueras esse, nõ autem contradicere, rationibus asserere tentabit. Cæterum cum causam assignauerit cur impræfinitę, uniuersales nõ uniuersaliter nominentur, quoniam scilicet de subiectis uniuersalibus non uniuersaliter pronunciant: cum non ipsis coniungant uniuersales præfinitiones quæ loqui uniuersaliter nos de uniuersalibus

I faciunt,huius rursus ipsius causam docet,nempe cur uniuersales præfinitiones auctores id genus fiant enunciationũ.uelutq; in affirmatiua quæ est/omnis/præceptionem conficit:quasi & in/nullus/eædem rationes conueniant. Quænam hæc igit̃ causa est? quoniam { nomen } inquit { /omnis/nõ uniuersale ipsum significat:sed uniuersaliter inesse. } hoc est non ipsam significat uniuersalis speciei, uelut hominis,nãm. Species enim cum una ex sua ipsius natura existat, comprehendere unireq; perhibetur perpetuæ indiuiduorum generationis infinitudinẽ. /omnis/uero præfinitionem quomodo de uno dici posse concdas? /Omnis/ergo non ipsum significat uniuersale:sed uniuersaliter inesse.id est,sed prædicatum à nobis dici de comprehensis omnibus sub specie indiuiduis affirmari.

II In prædicato vero vniuersali verũ non est vniuersaliter prędicare. quippe nulla erit affirmatio
K in qua de vniuersali p̃dicato vniuersalis nota prędicetur:vt/omnis homo est omne animal/.

Quærit his uerbis Aristoteles an quemadmodum affirmatiua subto addita p̃finitio spẽm aliã effecit,ꝓpositionũ ita ꝓpositionem quoq; excudere aliã posit p̃dicato adiuncta. Decernit autem ne existere quidẽ eiusmodi posse Affirmationem:ut eam quæ/omnis homo,inquit,omne aãal est/. propterea quoniam qui hoc dicit,hominum quẽlibet particuliriũ omne animal esse ait: & equum, & bouem, & reliqua omnia: quãobrẽ neq; fieri ut uerus is sit qui ita pronunciauerit. Iure igitur ne talem fieri quidem posse Affirmationem putat:idq; per nominis huius/uera/defectum ꝓdit. quippe nulla uera erit Affirmatio, in qua de uniuersali prædicato uniuersalis nota prædicet: hoc est in qua uniuersali prædicato coniungi uniuersalem præfinitionem liceat:atq; hominem dicere, de quo omni,quod inquit /uniuersali/prædicatur animal,non simpliciter esse animal,sed omne animal. Eam ob rem itaq; ne existere quidem id genus
L affirmationem asserit: ut quę ueritatem non unquam assequatur:quandoquidem est hęc quoq; affirmatio:sed falsa semper: atq; ob id aspernanda: nulliq; prorsus usui ad ratiocinandi rõnem ac uiam.siquidem præter naturam sese perpetuo habet: neq; ullum potest ad inuentionem ueritatis usum afferre:id q̃d finis est logicæ facultatis. Porro cum plures queant propositiones ex diuerso pręfinitionum tum ad subiectum terminũ ꝓpositioni, tum ad prædicatum complexu fieri, iure hanc solã protulit:atq; ex recte uocatis propositionibus illam expunxit quæ/omnis/præfinitionem utriq; termino coniungit. id quod in primo quoq; Resolutoriorum uolumine capitis illius principio quo de facultate agitur ꝓpositionum explicat.Nam de ꝓpositionum differens uniuersalũ delectu in quibus consequẽs omni subiecto prædicatum est,subdidit. Ipsum autem consequens non totum sequi intelligendum est:homini inquam omne animal uerbi gratia,uel musicæ omnem scientiam:sed simpliciter tãtum sequi quo etiam modo proponimus. etenim inutile alterum est,nec fieri potest:ut omnẽ hominem omne ani
M mal esse:uel iustitiam omne bonum. Et uero in priore de Demonstratione cum in syllogismis uniuersales affirmatiuas cõclusiones colligentibus & maius extremum de omni medio, & hoc rursus de omni minore p̃dicari dixisset, hoc est in utraque syllogismum complentium propositionũ de proprio subiecto omni prædicatum appellari,subiecit,prędicatum autem non omne dicitur. Quod igitur iure hanc solam ubiq; uelut inutilem dãnet, discere licebit,si,cum quatuor sint, uti deinceps oñdemus,q̃ ꝓpetuo mẽt̃ utur ꝓpõnes,duę affirmatiuę, duę negatiuę, q̃dã uĩes,q̃dã particulares,per unã cæteris tum quãtate,tum qualitate,digniorem.quæ,ut intelligemus,semper mẽtiendi occasionem,tribus etiam reliquis præbet,alias quoq; simili huic ratione peccantes animaduertamus ex propositionũ quæ congrue proferuntur catalogo delere uoluisse. Nam si artificialem quoq; harum rationem exacte scrutari oporteat,ac de ipsis quod uidetur cõmemorare, sedecim inueniemus propositiones ex præfinitionum secundum utrũq; propositionis N
terminum distributione fieri. Siquidem cum quatuor eæ sint, atq; una quæuis earum subiecto cohæreat,accidit quatuor ꝓpositionum à prædicato singulis præfinitionibus iuncto species effici. Sit ergo prima p̃finitio/omnis/subiecto constructa. atq; si præfinitionem etiam quãpiam nectere prædicato uelimus,aut/omnis homo omne animal/dicemus:aut/omnis homo nullus lapis/aut/omnis homo aliquod animal/aut omnis homo non omne animal/. Ac constat sanè trium reliquarũ p̃ter sublatam ab Aristotele ueras esse singulas. Sed cõstruatur præfinitio/nullus/subiecto.rursus ergo dicemus/uel/nullus homo omne aãal/uel/nullus homo nullũ animal/uel/nullus homo quidam lapis/uel/nullus homo non omne animal. Conspicuumq; est utrãq; earum quæ uniuersalem quampiam præfinitionem prędicato cõiungit ueram esse. quoniã scilicet quoddam animal est homo:quoddam non est. quocirca quoniã est quoddam animal,non potest nullum esse.ac uera ꝓpositio est illa quæ/nullus homo inquit,est nullum animal/.quoniam uero non est,omne esse non potest. & uera est ꝓpositio quæ/nul
O lus homo omne animal est/pronũciat. Vera autem & ea est in impossibili materia quæ particularem affirmatiuam præfinitionem prædicato accõmodat:ut quæ dicit/nullus homo quidam lapis/. sola enim falsa nunquam non est ea quæ particularem negatiuam præfinitionem prædicato copulat, subiecto præfinitionem negatiuam uniuersalẽ obtinente: ut/nullus homo non omne animal/uel/non omnis lapis/uel/non omne album/.Nam quoniam ea falsa semper est quæ/omnis/præfinitionem utriq; complicat termino,patet ueram semper eam eẽ quæ causam mendacij summouet,hoc est uniuersalẽ affirmatiuam præfinitionem prædicato coniunctã:ut quæ/omnis homo non omne animal/dicit.quare huic contraria,quæ/nullus, inquit,homo non omne animal est/falsa perpetuo erit.quippe fieri nequit ut ueræ simul contrariæ sint. At/aliquis/rursus p̃finitio subiecto applicet.aut ergo/aliquis homo omne animal/
P pronunciabimus:ac semper falsa hęc est,eam ob causam, qua uniuersalior hac quoq;/omnis homo omne animal/perpetuo mentitur.quãobrem & hæc semper,cum ab illa comprehendatur,sitq; ipsi cõsequens,falsa erit.uel/aliquis homo nullus lapis/uel/aliquis homo aliquod aãal/uel/aliquis homo non omne animal/.atq; hæ omnes ueræ.Superest/non omnis/præfinitio subiecto copulanda. Rursus ergo dicemus/uel/non omnis homo omne animal/:& hæc uera est semper:ceu semper falsę illi contradicens/omnis homo omne animal/.uel/non omnis homo nullum animal/.atq; hęc rursus uera est in necessaria cõtingentiq; materia.quoniam scilicet falsa in his est quę huic cõtradicit:ea est/omnis homo nullum animal/aut nullum albũ/. uel/non omnis homo quidam lapis/.constatq; & hanc in materia ueram esse impossibili.quoniã falsa in hac est quæ illi cõtradicit,nimirum hæc/omnis homo quidã lapis/.uel,quod reliquum est/non omnis homo non omne animal. atq; hanc rursus nunquam non falsam esse contingit:ut quæ semper ueram
Q hanc tollat/omnis homo non omne animal/.causam uero cur uerum hæc perẽniter prodat,iam prædiximus: nempe quoniã uniuersalem affirmatiuam pręfinitionem tollit male ab ea quę /omnis homo omne animal/dicit prædicato cõmissam:neque ut uera illa sit,in necessaria quoq; permittẽtem materia,in qua subiecto prędicatũ necesse est competat. Itaque cum sedecim propositiones percẽsuerimus,quatuor perpetuo mentientes inuenimus: totidem semper ueras: reliquas & uerum & falsum nunciare in alia atq; alia posse materia. atque in semper falsis Affirmationes duas:eo conuenientes quatenus/omnis/præfinitionem prædicato cõnectunt:differentes uero subiecto coniunctis affirmatiuis præfinitionibus eæ sunt: omnis homo omne animal/&/quidam homo omne animal/.duas quoq; cõsortes Negationes/non omnis/pręfinitione prędicato adhibenda. dissentiẽtes negatiuis præfinitionibus subiecto applicitis:nimirum has/nullus homo non omne animal/&/nõ omnis homo non omne animal/. In semper autem ueris duas rursus Affir-

A mationes,quæ semper falsis contradicunt Negationibus/omnis homo non omne animal/et/quidam homo non omne animal/uel/non omnis lapis/uel/non omne album/. Negationes duas,quæ semper falsis Affirmationibus contradicunt/nullus homo omne animal/&/non omnis homo omne animal/uel/ omnis lapis/uel/omne album/. Cęterę omnes,uti dicebamus, & ueræ & falsæ in alia atq; alia materia deprehenduntur.itaq; ex ijs quę affirmatiuarum alteram pręfinitionum subiecto adhibent,prædicato autem particularem affirmatiuam dũtaxat, particularis in necessaria ac contingenti materia uera, uniuersalis in sola necessaria inuenitur.quippe in hac sola competere uniuersis prædicatum potest subiecto comp̃hensis indiuiduis. in reliquis scilicet mentientes.eodemq; in cęteris modo.Verũ, quod inspicere ab initio proposueramus,quam ob causam,eũ plures sint quę perpetuo mentiuntur propositiones,solam reprobauit eam Aristoteles quæ uniuersalem affirmatiuam præfinitionem utriq; termino cõnectit? An in cæteris particularẽ
B Affirmationem quæ/quidam homo,inquit,est omne animal/ perpetuo mentiri ꝓpterea plane cernebat ꝙ ab uniuersali cõtineretur.Negationes autem consentire affirmationibus, quasi per addictas subiecto præfinitiones,quæ negatiuæ quoq; ipsę sunt,particularem negatiuam tollerent prædicato coniunctã. Sic nãq; usu uenit ut,si negatiua particula utraq; ab altera tollatur,propositio rursus in pristinam Affirmationem deueniat. Quid enim interest/omnis homo omne est animal/an/nõ omnis homo est non omne animal/proferas? potestate enim uidelicet/omnis homo nequaquam nõ omne animal est/dicimus: uel/nequaquam omnis homo non omne est animal/.sed/omnis homo omne animal est/: atq; utrique illam inferimus quæ à principio fuerat / omnis homo est omne animal/. Vel rursus quid interest homo quidã omne animal est/dicere,an/nullus est homo non omne animal/? /hominẽ enim facultate iterũ nequaquam non omne animal esse pronunciamus:uel nequaquam nullum hominem omne animal esse:inferimusq; homi-
C nem quẽdam oẽ esse animal. Proinde dictas quoq; Negatiões licet ueris illis semper propositionibus refragantes uidere oportebuscum,falsæ etiam semper Affirmationes pugnabant. Nam ueræ semp illi Affirmationi/oĩs homo nõ omne aãal/tum hæc /omnis homo omne animal/semper falsa ob prædicatũ Affirmatio:tum hæc etiam/non omnis homo non omne animal/ꝓpter subiectum repugnat. quo fit ut mutuo concurrant. Cęterum dicenti/quidam homo non omne animal/tum hæc similiter/quidã homo omne animal/prædicati ratione renititur:tũ hæc quoq; subiecti nomine/nullus homo non omne animal/ quamobrem hæ quoq; conueniunt. Quas ergo citauimus Negationes,si uim cum Affirmationibus obtinent eandẽ,qui uniuersalem semper fallacem Affirmationem à ꝓpositionum catalogo simulq; consequentem illi perpetuo particularem Affirmationem secreuerit,potest is reliquas quoq; his improbãdis, hoc est duas illas Negationes quæ,cum dictis consonent Affir
D mationibus,mẽdaces & ipsæ perpetuo sunt,eiecisse. Est enim attendendum semper falsis semp mẽtiendi causam à sola/omnis/præfinitione prædicato cõmissa fuisse inuectam.(nãque in ipsis inest omnibus actu, uel potestate)eiusq; sublatione uerũ semper prodentibus uerum fatendi. quippe oẽs quoq; hæ/non omnis/præfinitionem obtinent prædicato adiectam, uel actu rursus,ut quæ in ijs Affirmationes sunt:uel potestate: ut Negationes. /homo enim nullus omne animal/propterea dictu uerũ est,quoniam omnis non omne est animal.similiter &/nõ omnis homo omne animal/quoniam & particularis nõ omne est animal. Quapropter iure Philosophus à sola omnis p̃finitione prædicato deuincta reiectitias fieri propositiones dicit. Cõstat autem etsi absq; præfinitione subiectum capiamus, addito illi apud Græcos articulo,uel ne hoc quidem addito, idem propositionum quæ sic fiunt cum ijs peccatum fore quæ non sine ꝓditis præfinitionibus dicuntur.similem enim hæc uim obtinebit quę/ho anthropos.i.homo omne animal/iquit,huic/omnis homo omne animal/;hęc autem/anthropos hoc est homo omne animal/illi/quidam homo omne animal/.Eadem quoq; de E
causa si singularem subiectum ascisca mus,/omnis/pręfinitionem tribuere p̃dicato quod de illo dicitur recusabimus.Haud enim potest qui serio ac tanquam uere loquitur/Socrates,dicere,est omnis homo/.Atq; nec ut ueræ semper aut quandoque fiant propositiones,præfinitionem prædicato quãpiam Aristoteles censet addendam.Sunt enim omnino semper ueræ non minus perpetuo mentientibus deuitandæ ijs qui prolatas recẽsere enunciationes absq; superuacua uariatate statuerunt: ceu quæ nec diuersum quidquam in necessaria aut impossibili materia significent:nec nobis conducãt ad uerum sasumq; discernendum.Quin nec quę uicissim admittere horum alterum ualent,præfinitionem habere aliquam debent prædicato adiunctam. Cum enim uim eandem illis obtineat propositio ea quę sine præfinitione prędicationem facit,cur non simpliciores cõtexemus loco earum quę superflua quędam assumunt?ut pro illa/omnis homo quoddam animal/uel/omnis homo non om
ne animal/hanc/omnis homo animal est?/& illius uice/omnis F
homo nullus lapis/hanc/oĩs homo lapis non est/uel q̃ hac simplicior ac sincerioris naturæ enũciatur/nullus homo est lapis? Siquidem & quando ueterum quosdam inuenimus qui particularem affirmatiuam præfinitionem addere prædicato uidẽtur,ut cum Aristoteles Animam ipsæ Entelecheam quãdam nominat,& Rhetoricem Plato peritiam quandam,dicendum est uerbum/quandam/acceptum eius gratia illic fuisse,ut non reciprocare cum subiecto p̃dicatum indicaret: uerum genus eius esse:ac differentiarum quarũdam additione egere,ut subiecti finitionem conficiat.Sed quomodo non in ipsis(inquiũt) rebus Aristotelis ratio conuincitur,si uerum explicamus cum /omnis homo scientiæ omnis capax est/dicimus: uniuersaliq; prædicato uniuersalem præfinitionem copulamus? Ad quod respondendum/omnis/præfinitionem non re uera prædicato coniungi.Nam prædicatur id quod fertur de subiecto;dicitur autem de homine non scientiam esse illum: sed scientiæ capa- G
cem. Quare si/omnis/præfinitione huic uerbo/capax/adhibita,tunc uera esse posset ꝓpositio,uelut si diceremus/omnis homo omne est capax scientiæ, utrq; ratio coargueretur Aristotelis. nũc autem ut uera sit fieri neutiquã potest. Qui enim hoc inquit,non aliud quidquam ait, quam quẽuis hominem,oẽm esse hominem:Socratem uerbi causa non Socratem solum eẽ, sed & Platonem,& Alcibiadem,et alios singulos.Nam si omnis homo scientię omne capax est,unus autem omnium est & Socrates,ergo is quoq; scientiæ capax est omne.quamobrem Socrates ipsę, & Plato erit:& Alcibiades:quãdoquidem sunt & ij scientię capaces.nisi enim Socrates ipse & Plato & Alcibiades unà sit,non erit omne scientiæ adhuc capax. Ergo uerbum/omnis/non hoc loco p̃finitio,sed pars est prædicati. hoc enim ipsum fertur de homine,scientiæ esse oĩs capacem.Enim uero uerbum/omnis/præfinitionem non esse prædicati,liquet ex eo quod huic nobis propositioni maiorem aliam ꝓpositionem nectentibus,priorisq; huius prædicatum, ipsum inquam scientiæ omnis capax esse, alij cuidam quod de ipso prædicat H
subiectum facientibus, ut conclusionem quandam ex ijs colligamus,uniuersalem illi,ceu non habenti, præfinitionem addimus:uelut si/omnis homo,diceremus,omnis est capax scientię omne quod scientię omnis est capax,rationale est.ergo omnis homo rationalis/. Quãquam si/omnis/uerbũ erat præfinitio, quid alia nobis præfinitione opus erat?ac quonam pacto licebat duas inter se præfinitiones ordine ꝓferri? Verum nec/omnis/præfinitionem prædicati esse posse,nec prædicatum scientiam,sed capax compertum est.cui cum earum lege propositionum quæ in prima figura conficiuntur subiectum in secunda fiat ꝓpositione,alias apud Græcos articulum,alias uniuersalem præfinitionem addimus. Vniuersalem ergo affirmatiuã præfinitionem prædicato adhiberi non oportere,siue subiecto cõmunius p̃dicatum sit,ut in hac/omnis homo omne animal/ siue etiam illi adæquatum,ut/omnis homo omne risibile/constat ex ijs quæ prodidimus. Nam & in adæquatis terminis nõ

I abſimilis abſurditas eſt ꝓpterea, quoniam qui omnem homi-
nem omne riſibile eſſe ait, particularem quẽlibet pronunciat
hominem eundem eſſe uniuerſis: Socratem exẽpli cauſa, quo-
niam eſt homo, omne eſſe riſibile: id autem eſt, Socratem, om-
nem eẽ hominem. Hoc igitur uel ex ſuperioribus patet uerbis:
in quibus/omnis homo omne ſcientiæ capax eſt/dici non poſ-
ſe oñdebamus. nam & ſcientiæ capax cum homine exæquat.
Sed quænam eſt cauſa ut ineptum natura prædicatum ſit præ
finitionis/omnis/additionem ſuſtinere: cum/nullus/copulari
illi poſſe uideatur? An quoniam quod affirmatiue prædicatur,
ſi de ſubiecto dicat̃ uniuerſaliter, uult ſemper ſubiectum ſiue
ut adæquatum uelutq; ipſi quadrans, ſiue quoque ut excedens
complecti: & uniuerſam præterea indiuiduorum illorum mul
titudinem quæ ſubiecto comprehenduntur ſuo ipſius conſor-
tio eam ſibijpſi colligare atq; unire natura aptum eſt. Ergo q̊d
affirmatiuæ prædicatur ſi cogere uel ea ſtudet quæ natura di-
ſcreta ſunt, ut quod prius ipſum multo in ſua ipſius ſimplicita-
te ſpectetur, /omnis/autem uerbum non unum quoddam, ſed
K multitudinem declarat, patet fieri nequaquam poſſe ut ea iter
ſe coniungãtur. Nam uerbum/omnis/ut ſupra diſſerebat Ari-
» ſtoteles, non uniuerſale ipſum ſignificat, ſed uniuerſaliter ineſ-
» ſe. Cum autem ſeiunctum id omnino fuerit quod negatiue de
ſubiecto prædicatur, tunc & de ſubiecto quæcunq; ſub præ-
dicatum ueniunt inficiari poſſumus: atque, exempli cauſa/om-
nis homo nullus lapis eſt/dicere. Sed infartam propoſitionem
inſtipatamq; faciemus: cum dicere ſimplicius liceat/oĩs homo
lapis non eſt/atq; eo ſimplicius adhuc/nullus homo eſt lapis/:
ne in ſublatione affirmatiuam prẽfinitionem aſſumamus.

III Contradictorie igitur oppoſitam affirmationẽ
negationi inquã eam quæ vniuerſaliter illi quæ
non vniuerſaliter eidem ineſſe ſignificat: vt, om-
nis Homo albus, non omnis Homo albus: nullus
Homo albus, quidam Homo eſt albus/. Cõtrarie
vero, vniuerſalis affirmationem & vniuerſalis ne
L gationem: vt, omnis Homo iuſtus, nullus Homo
iuſtus/. Quãobrem vt veræ ſimul hę ſint fieri ne-
quit: at ijs oppoſitas licet quandoque in eodem ſi-
mul eſſe veras: vt, non omnis Homo albus, & qui
dam eſt Homo albus/.

Propoſitionum præfinitarum oppoſitiones hoc loco tradit
nobis Ariſtoteles uniuerſas: tum eas quæ in deſcripta ſuperius
tabella diametricum angulorum obtinent ſitum: tum uniuer-
ſalium uniuerſaliter: tum earum etiam uniuerſaliũ quæ ut par-
ticulares appellantur. Atq; angulares quidem, quas uniuerſa-
les uniuerſaliter nominauit, ut quæ ꝓpoſitionum alteram uni-
uerſaliter habent uniuerſalem, contradictorie inuicem oppoſi
tas eſſe ait, hoc eſt uerum ſemper ac falſum diuidere, uniuerſa
lem inquam affirmationem particulari negationi: negationẽ q;
uniuerſalẽ particulari affirmationi. Ipſas uero uniuerſales uni-
uerſaliter propoſitiones, non etiam contradictorie, ſed contra-
M rie mutuo ſeſe oppugnare propterea, quod mendaces ſimul in
materia ſint contingente: in qua particulares, quas & Subcon-
trarias uocant, uerum ſimul inuicem fateri neceſſe eſt. quoniã
tunc uera ex ijs utraq; eſt cum contradictorie ipſi repugnans
uniuerſalis propoſitio mentitur. quo fit ut hę nullo inter ſe mo
do prælientur. Hæc autem tum ex adiectis à Philoſopho pa-
tent exemplis: tum ex ijs quæ prius nos de ipſis ꝓdidimus. Cæ
terum non illud ignorandum, pro antiphaticos in grẽco exem
plari, ideſt contradictorie, apophanticos etiam, hoc eſt enun-
ciatiue ſcriptum inneniri: per hoc nimirum ſignificante, ut Por
phyrius philoſophus inquit, Ariſtotele, qualis affirmationis ad
qualem negationem oppoſitionem cenſeat ſumendam: nẽpe
eius capiendam eſſe quæ uelut enunciatio eſt. Siquidem & fi-
nita, ut ait, uerba affirmationum nomine, infinita negationum
uocari cõſueuerunt. ac ſuſpicari quis potuiſſet, niſi aduerbium
/enunciatiue/eſſet additum, uerba de id genus uocum oppoſi- N
tione fieri. At ea quæ ſequunt̃ clarum eſt magis priori ſcriptu-
ræ conſonare. hac enim ratione & contrarię dici poterunt enũ
ciatiue obluctari: quas ceu modo quam ſuperiorũ diuerſo op-
poſitas Ariſtoteles confeſtim adiecit.

Quę ergo uniuerſalium contradictiones vni- IIII
uerſaliter ſunt, earum ueram eſſe alteram aut fal
ſam neceſſe eſt. Et quæ in ſingularibus habẽtur:
vt, albus Socrates eſt, Socrates nõ eſt albus/. Quę
vero in uniuerſalibus, non autem vniuerſaliter,
non uera ſemper altera, falſa altera eſt. quippe ſi-
mul uerum eſt dicere, Hominem eſſe album, &
album Hominem non eſſe: & Hominem eſſe for
moſum & formoſum non eſſe Hominem. Nam
ſi deformis, eſt etiam non formoſus: & ſiquid fit, O
non eſt quoque. Videri autem illico propterea
poſſit abſurdum, quod hęc, non eſt albus Homo,
ſimul atque illa ſignificare, nullus Homo eſt al-
bus, appareat. hæc autem neque idem ſignificat,
neque ſimul eſt neceſſario.

Propoſitionum octo illarum ex diuiſione ſubiecti emanan
tium quæ contradictorie ſibi obſtent inuicem, quæ contradice
re uideantur, nec tamen contradicant, per hęc nobis Philoſo-
phus tradit: dicitq; angulares inter ſe diametricas, quas/uniuer
ſales uniuerſaliter/nũcupat, quoniam uniuerſalẽ uniuerſaliter
alteram obtinent propoſitionum, nempe/omnis/affirmationẽ
cum/non omnis/negatione: & negationem/nullus/cum affir-
matione/aliquis/contradictorie depugnare. & præterea ſingu
lares: ut/Socrates eſt albus/cum hac/Socrates albus non eſt/.
Impræfinitas uero ait, quas & hic uniuerſales nõ uniuerſaliter
uocauit, non ſibi mutuo contradicere: cum nec uerũm ſemper
falſumq; diuidant: ſed in materia contingente cum particulari P
bus eandem uim obtinẽtes, eſſe ueridicas: in qua uerũm & illę
aſſerere comperiebãtur. Quippe ueras ſimul eſſe &/eſt albus
homo/imprẽfinitam affirmationem, ſi in Scytha quopiã uerbi
gratia ſumatur: et/homo albus non eſt/imp̃finitam negationẽ,
ſi in quoq; Aethiope. &/eſt homo formoſus/in Achille, uel Ni
reo/&/formoſus homo non eſt/in Therſite. Hęc itaq; ſic pro-
nunciante Ariſtotele, reclamãtibusq; illi claris uiris ac mihi ue
neratione proſequendis, par utiq; fuerit nos qui ueritatẽ rebus
cunctis amiciorem ſimul ac magis uerendam duximus, id q̊d
uel ipſi facere nobis ſuadent, theorema non ſicco, ut aiunt, pe-
de præterire: ſed tum Ariſtotelis ſententiam ſcrutari, qua imp̃-
finitas ſimul ueras eſſe ꝓpoſitiones cenſet: tum quæ ab ijs cõ-
memorantur qui contra atque ille de ipſis ſtatuunt: & ad hæc
quoq; naturam ipſam rerum, & harum ipſarũ per ſe propoſi-
tionum facultatem inſpicere: ut ubi contrarias cognouerimus
rationes, eaſq; res de quibus ſermo eſt, ipſas per ſe contempla
uerimus, ueritatẽ de ijs exactius dijudicare ualeamus. Ariſtote Q
les igitur, ꝙ & prius dicebamus, idem ſonare cum particulari-
bus imp̃finitas arbitratur, affirmationẽ affirmationi: negationẽ
negationi. idem nãq;/homo eſt albus/dicẽtem, /quidam hõ al
bus eſt/proferenti indicare. et qui/non eſt albus homo/illi qui/
homo quidam non eſt albus/uel/non omnis homo albus eſt/
enunciare. eaq; de re particulares qua in materia ſimul uerum
deferunt, deferunt autem in contingente, impræfinitas quoq;
in hac mutuo conuenire. An uero propoſitionibus re uera de
quibus agimus uis hæc conſtet conſideremus: atque à notione
quapiam de ijs communi dijudicationis exordium ſumamus.
Impræfinitas propoſitiones materiæ rationem ad præfinitas
habere omnes confitemur. hæ ſiquidem acceptis præfinitioni-
bus, quæ formis proportione reſpondent, præfinita ceu quid-
dam ex utroq; conficiunt. Quoniam igitur materia, ut quę eſt
informis

A informis, formam adeptis inferior omnibus eſt, ad eorumque
deteriora necdum expreſſam diſtinctamq; formam obtinen-
tia, uelut obſcuriore ui prædita, neque ipſam eſſentia multum
ſuperantia propius accedit, patet impræfinitas neceſſe quoque
eſſe propoſitiones tantundem præfinitarum deterioribus uale-
re: itaq; contemplemur quę deteriores eſſe ex præfinitis propo
ſitionibus dicendę, atque idem ſonare ijs impræfinitas affir-
mabimus. Prẽfinitarum affirmationum particularis uniuerſali
dubioprocul inferior eſt. propterea impræfinitam affirmatio-
nem particulari affirmationi uiribus exęquari eſt neceſſe. De
negationibus uero mutuo digladiantur interpretes. ac qui Ari-
ſtotelem ſequuntur, particularem uniuerſali deteriorem eſſe
aiunt. quippe in oppoſitione ea propoſitionum quæ per quan-
titatem fit, dignius uniuerſale eſſe particulari: ut affirmatiuum
negatiuo in ea quę per qualitatem obitur. Alij uero deteriorem
particulari eſſe uniuerſalem aſſerunt, quoniam nõ ſolam in his
propoſitionibus quantitatem, ſed cum contradictoriæ qualita-
tis complexu accipimus: cuius ſanè intereſt qualitatis rerum
B ſubſiſtentiam abolere. Particularis igitur negatio cum uniuer-
ſalem duntaxat affirmationem ſummouere cõtendat, poſſitq;
particulari interdum affirmationi ut in contingentibus conueni
re (nam/non omnis albus homo eſt/&/quidam homo eſt/al-
bus/ſimul uerum profitentur) ſi per uniuerſalem negationem
ſignificatio nequaquam poteſt ulla ſubſiſtentiæ relinqui: per
particularem uero non expertes manemus particularis cuiuſ-
dam ſubſiſtentiæ intelligendæ, conſtat, inquiunt, deteriorem
eſſe uniuerſalem negationem particulari negatione oportere.
Enimuero hæc ita ſe habere, atq; impræfinitam negationem
uniuerſali negationi, ſi ut perfecta propoſitio ſumatur, uiribus
parem eſſe, non omnis, aiunt, Auctorum uſus alius duntaxat,
ſed ipſe quoque palam facit Ariſtoteles: qui pluribus ſuorum
uoluminum locis imprẽfinitam negationem ꝓ uniuerſali uſur-
pat: ceu cum uult, fieri non poſſe ut motus ipſe per ſe ſine rebus
quæ moueantur ſit, pronunciare, non eſt motus, inquit, prẽter
res ipſas: ac ſine præfinitione negationem facit: perinde atque
C ſi diceret, ubi à rebus diſceſſeris nullus eſt motus: non autem
non omnis. & cum ſenſum nullum eſſe prẽter quinque illos ue
» lit aſſerere, non eſt, inquit, præter illos quinque alius ſenſus. er-
» go cum/non eſt homo etiam iuſtus/dicimus, idem illi proferi-
» mus/nullus homo eſt iuſtus/. Quod ſi quis Anytum putet
ſubaudiendum, ut/non eſt homo iuſtus Anytus/uel/non eſt
Aethiops albus homo/negationemq; impræfinitam hanc/non
eſt homo iuſtus/idem illi/non omnis homo iuſtus eſt/pronun-
ciare arbitretur: & hanc/non eſt albus homo/illi/non omnis
homo eſt albus/primum quidem non amplius, inquiunt, per-
fectam eſſe propoſitionem finit. deinde nec ea ſeruabit quæ
Ariſtoteles de negationum cum affirmationibus oppoſitione
» prodidit. eæ enim inter ſe oppoſitę cenſebantur quæ eundem
» ſubiectum, prædicatumq; eundem capiũt: cum dicebat, Eam
» porro oppoſitam eſſe inquam quæ eiuſdem de eodem eſt: non
æquiuoce autem: & quaſcunque id genus præfinitiones alias
aduerſus moleſtas Sophiſtarum argutationes adhibemus. Si
uero/iuſtus homo eſt/dicente affirmatione, uerumq; propter
D Socratem proferente, negationem eius/homo iuſtus non eſt/
ueram propter Anytum eſſe arbitraremur, ſubiectum in nega
tione aliud ab eo faciemus quod eſt in affirmatione acceptum:
nec faciet hoc contradictionem, Quapropter ſi contradictio-
nis ſignificatum ſeruabimus, imprẽfinitaſque uelut perfectas
propoſitiones aſſumpſerimus, neque ipſis uelut per ſe ipſas
ĩpfectis ſingulares ſubiectos q̊ſdã ſubaudiẽdo efficiamus ut in
ſingulariũ ſpeciẽ decidãt, neceſſe eſt inqunt ĩpræfinitã negatio
nẽ uñi eẽ ꝯſentaneã. Hoc ergo cũ ita ſeſe hẽat, ĩprẽfinitaq;, affir
matio particulari ꝯcurrat, ut cum/homo dicimus, quinque
cubitorum eſt magnitudine/(ueros enim nos eſſe hoc dicto
arbitramur, uel ſi ſolus unus ſit qui eo creuerit magnitudi-
nis) impræfinitas propoſitiones contradictorie inter ſe cenſent
eſſe oppoſitas: quo ſeſe modo affirmatio quoque habet parti
cularis atque uniuerſalis negatio. Siquis uero eligendam magis
eſſe in malis uniuerſalem negationem particulari negatione aſ-
ſerat, primum quidem non rerum naturas in Logica facultate E
inſpici, ſed uocum per ſe ipſarum poteſtatem ignorat. deinde
ne ſic quidem poterit conſentientes inter ſe impræfinitas pro-
poſitiones demonſtrare. conſtat enim magis eligendam in ma
lis particularem eſſe affirmationem uniuerſali affirmatione eo-
dem ſenſu dicturos. Nam ut omnino non eſſe præſtat quàm
ex parte non eſſe, ſic & eſſe ex parte quàm omnino eſſe ſatius
eſt. Itaque impræfinitam in his affirmationem ſimul cum uni-
uerſali affirmatione, ut quæ particulari deterior eſt, ueram eſſe
contingere. at enim negationem in his cenſebat ſimul cum par-
ticulari negatione eadem de cauſa uerum fateri. Ergo obſiſten
tur & in malis eo modo imprẽfinitæ quo uniuerſalem affirma
tionem particularis oppugnat negatio. fieri uero neutiq; poteſt
ut hæ mutuo concurrant. quocirca ita quoque nunquam non
uerum & falſum imprẽfinitæ propoſitiones diuident. Quod ſi
quis imprẽfinitam cenſeat negationem particulari quandoq;,
alias uniuerſali concurrere negationi, quippe ſi uerbum/eſt/
acuta penultima hac in propoſitione apud Græcos/ἄνθρωπος F
δίκαιος οὐκ ἔστιν hoc eſt/homo iuſtus non eſt/capiatur, idem
cum hac/οὐδεὶς ἄνθρωπος δίκαιός ἐστιν. i. nullus homo iuſtus
eſt dicere: ultima uero acuta huic/οὐ πᾶς ἄνθρωπος δίκαιός ἐστιν/
ideſt, non omnis homo iuſtus eſt, conſonare, Primum non per
ſuadere, ſed legem nobis ferre exiſtimari poterit. deinde aduer
ſus hunc dicendum, eſt, uerbum ultimam in fine acuens, Græ-
corum inſolens atq; inauditum eſſe uſui: tametſi quouis in loco
negatiuę particulæ ſubiungatur. Ergo ſi uerbo, eſt, penultimã
acuente imprẽfinitam negationem idem uniuerſali uel ipſe fa-
tetur aſſerere, ſemper autem acui ab eo penultimam in id ge-
nus propoſitionibus neceſſe eſt, liquet cum uniuerſali concur-
ſuram negatione: contradictionemq; ſuæ affirmationi eſſe fa-
cturam. atq; hęc quidem Ariſtoteli refragantium ratio eſt. An
uero ſingulis argumentatione aſſertis licet occurrere: ac neque
rationi conſentaneum uniuerſalem negationem particulari de
teriorem eſſe dicere: ſi qualitate non differunt: quantitate uero
ſola comparandis inter ſe propoſitionibus uniuerſalem parti- G
culari, ut totam parte, non aſcitis rebus de quibus decernunt,
præſtantiorem eſſe cõfitemur. Haud enim amplius quod pro-
poſuimus, hoc pacto ſeruabimus, iudicium incq; de ſola ea fieri
propoſitionum differentia quæ in quantitate ſpectatur in quan
titate ſpectatur: neq; eſſentiam aliquã à particulari per ſe nega
tione inuehi: ſed uniuerſalem affirmationem dũtaxat tolli nihi-
loq; eam minus uniuerſali abnegare: ſed quandoq; de paucio-
ribus tantum. quamobrem & illi ſubiecta penes quantitatem
dicitur: quẽadmodum & particularis ſeſe affirmatio ad uniuer
ſalem affirmationẽ habet. Quod ſi impræfinita negatione pro
uniuerſali uti uidetur Ariſtoteles, nihil mirum eſt. ei nãq; quo-
modo & particularis, in impoſſibili materia cõſentit liquet aũt «
ſupradictas fuiſſe iuxta hãc à Philoſopho pronunciatas nega- «
tiones. Non enim contingere ut motus p̃ter res q̃ moueant̃ ſit «
ullus, aut ſenſus aliqs p̃ter quinq; illos, ſed fieri nequaq; poſſe
arbitrat̃. Atq; ſi ea Veterũ nõnulli in materia ꝯting͂te ſic abu-
ſi fuiſſe uideant̃, ceu q̃ uñi tantũdẽ ualeat, atq; in quibus illa, ue H
ra ſit. (Hoc enim eſt tantũdẽ ualere) manifeſtũ eſt non id abſq;
ullo factũ eſſe diſcrimine. ſiquidẽ ibi impoſſibilẽ ipſam pro cõ
tingente eẽ nõ diffitebimur (Nã in materia ſola impoſſibili, ue-
ra uñs negatiua eſt ꝓpõ. in neceſſaria & ꝯtingente, id quod an
te monuimus, falſa). ſed tũ circũſcriptã tp̃e ac definitã: nõ eſſe
uerbi gra. hac tẽpeſtate iuſtũ aut ſapiẽtẽ hominẽ, tũ indiuidua
diſtinguẽtẽ: uelut iuſtos nõ eẽ aut ſapiẽtes, eos q uel ex ꝯſuetu-
dine ſunt, uel etiã ex auditu nobis cogniti. haud. n. ſanè hoc de q
bus notitiã nullã uel ex ipſa expiẽtia, uel ex teſtimonio habem⁹
niſi hoĩes odio magis Cnemone ac Timone ꝓſequamur, ꝓnũ
ciare audebimus. ceu nullo pacto eius rei ꝯſortibus cuius par
ticeps eẽ humana ſolet natura: ꝑinde quaſi contingẽs ita ſit ut
ſuppoſuimus. hoc autẽ idem non eſt uniuerſali negationi. Qui
enim uel actu uel animo præfinit indiuidua, quorum p̃dica-
tum negat, dubioprocul is concedit quãdã ab illo quãdoq; in

I cæteris subsistētiam haberi. Demum si pro uniuersali impræ
finitam negationem, atq; /Minime licet habitare sine malo do-
mum/&/Non bene permulti imperitāt/. uere pronunciaueri-
mus, in qua nos materia negatione esse usos iudicabimus? Nā
si in impossibili, nihil erit proposito cōsentaneū. sin in contin-
gente (nam & in hac prolatas esse oportet propositiones, si idē
perpetuo ualēt), primum quidem usu ueniet falsas non esse am
plius uniuersales in contingente: quāuis ipsas ob eam rem con
trarias appellemus. deinde id confirmari ab illis ipsis quod Ari
stoteles asserit plane assentiemus, impræfinitas simul in contin
gente materia esse ueras. Nam si negatione ut uera utuntur, de
affirmatione autem neque extitit, neque ulla exoriri potest con
trouersia, quasi uerum in contingentibus nō omnino edisserat:
quemadmodum nec de particulari ambigitur, apertum est im
præfinitas simul inter se ꝓpositiones ueras esse necessario. Ve-
rum si quis impręfinitam negationem non secus atque uniuer-
salem in impossibili sola materia esse putet ueridicā, primum
K id quod in quæstione est postulabit. deinde quomodo non for
te distributiuum sit, à subiecto idem illi significante qui cum/
aliquis/præfinitione in impræfinita affirmatione iungitur, uel
nullo quod actu sit singulari capiendo, & perfectam fieri pro-
positionem & ueracem in contingente materia confiteri: horū
neutrum in negatione concedere? Cur enim hæc/Homo albus
est/idem ualet illi/quidam homo est albus/hæc autem/homo
albus non est/non pares illi uires obtinet/quidam homo non
est albus/non album esse hominem significanti? Necesse enim
nequaquam est finita indiuidua ac certa impræfinitis, ut ueræ
simul sint, si neque particularibus, subaudire. Hanc autem/est
homo formosus/si ueracem propter Nireum esse, illam uero/
non est homo formosus/ ob Thersiten dicamus, neque ob id
imperfectas propositiones, neque subiectos diuersos facimus:
nisi eadem & in particularibus quærenda sint: quas & perfe-
ctas esse, & uerum inter se explicare cōfitemur. quāq; eas pro-
pter subiecti partes diuersas, ueras esse affirmabimus: quem-
admodum illas/ut quidam est iustus homo/, quidam homo iu
L stus non est/. Quod si uelut absurdum inferamus, non ab ijs, si
ita capiantur, contradictionem fieri, nihil asseremus quod Ari-
stotelis uerbis quibus de ea re prodidit, repugnet. ipsum enim
hoc est quod his uerbis exprimitur, non fieri quam proprie uo-
cant contradictionem, quoniam quādoque concurrunt. Hæc
itaque pro Aristotele, magis uero pro ea quę nobis uidetur ue-
ritate ceu defensores afferimus. quodq; ab initio proposuimus,
materia nobis uberius sese ad theorematis diiudicationem sug
gerente, quæ in mentem uenere, semotis rationibus ijs quæ de
illo sunt in utranque partem depromptæ diligentius considera
re operæpretium esse ducimus. ac Primum sane aggredi nos
particularem affirmationem quam impræfinitę eadem ui præ-
ditam esse nequaquam inficiamur, negatiua ipsi copulanda
particula summouere. id quod facimus duobus modis. quip-
pe hanc uel/est/uerbo, uel præfinitioni coniungimus. Verum
cum pręmittimus illam præfinitioni tunc ut præfinitam propo
sitionem abolemus. quando autem/uerbo/est/ perinde atque
M cum impræfinita uiribus æquis pollentem. siquidem eam &
præfinita sola præfinitione superauit. negationem autem im-
præfinitæ in solo/est/uerbo necesse est fieri. At uero si inficiatio
quę uerbo/est/particulam negatiuam copulat, particularis est,
quemadmodum uniuersalis illa quæ eam ipsam præfinitioni
anteponit, ergo & impræfinitę affirmationis negatio eandem
cum particulari uim obtinebit. Præterea syllogisticas quæ in
prima figura complexiones fiunt par est contemplari. Nam si
impræfinitam affirmationem idem ualere particulari, ob idq;
in quanto uniuersalium utraque deteriorem esse, cōclusionēq;
similem alteri sumptarum in syllogismo propositionum, pror-
susq; esse in quanto & quali deterioris comitem, & ad hæc
etiam uerum indicantibus propositionibns, nec uitioso inter se
complexu laborantibus, necessario ueram esse conclusionem
fatemur, qualem dicemus ex impræfinita affirmatiua minore
conclusionē colligi & uniuersali negatiua maiore? necesse est

enim assentiamur propter ea quæ præsumpsimus impræfini- N
tam negatiuam confici: ac si ueræ illæ sint, ueram. Qui uero fie
ri possit ut uera ipsa per se sit in contingente materia, si idem
cum uniuersali loquatur negatione: ut/ homo est iustus, nul-
lum iustum iniustum est, homo iniustus non est/utrum hanc
cum uniuersali an cum particulari ueri consortem esse pronun
ciabimus? Sed nec dum priores rationes utpote nihil ueri asse-
rentes improbamus. uidentur enim si mihi dicendum est quod
sentio, neque posterius accersitis repugnare rationibus: siquis
hoc, quo maxime utriq; nituntur, sublato, nempe infinitam ne
gationem alteri dūtaxat præfinitarum, nec unquam reliquæ es
se consonam, de ijs uelut æquus arbiter iudicium ferat. Fortas
sis enim pro utraque ipsam capi dicendum est: idq; non per ac
cidens: ut in impossibili materia: in qua usu quoque euenit ut
præfinitæ mutuo negationes concurrant: sed ex sese pro notio-
nibus enunciantium diuersis. iccirco & simul cum propria af-
firmatione uerax esse potest: & alio, sicut dictum est, illi atque
alio mentis ipsam proferentium conceptu cōtradicere: ut quæ
nullam ipsa per se certam in quāto potestatem habeat. quam- O
obrem utraque earum etiam disputationum quæ pugnare ui-
sæ sunt, pluribus idoneis uti rationibus forsitan potuit. Porro
hæc uere à nobis pronunciari, discere ex eo possumus, ꝙ ęquis
inter se omnium consensu uiribus constant impræfinita parti-
cularisq; affirmatio. Ob id uero & propositiones illæ quæ ne-
gatiuam particulam uerbo/est/uel actu, uel potestate in ipsis
accepto anteponunt. In particularibus autem, quæ ita fit, ut uo
ce affirmatio quodammodo propterea esse uideatur, quoniam
non est negatiua particula præfinitioni coniuncta: uim autem
obtineat negationis, id quod planius post hac demonstrabi-
mus, ea quandoque uniuersali, interdum particulari idem ua-
let: quoniam potest negans particula & ad/ullus/ præfinitio-
nem, & ad prædicatum exaudiri. ac si præfinitioni addatur,
idem quod nullus: si prædicato idem significat quod/non om-
nis/Nam ubi immortalem non esse ullum hominem audiueri-
mus, si uerbum/non esse/ullo iunctum intelligamus, idem pu-
tamus atque nullum indicare. quod euidentius apparet si di- P
ctio/non/uel/non est/ante ullus statuatur in hoc. Non ullus est
mortalium qui liber est: non est ullus homo immortalis/ quod
οὐκ ἔστι τις Græci dicunt nimirum/τὶς/ad/ἐστὶ/accentum re
ferente, suumq; nequeunte tonum suscipere. Ad hoc audito/
homo quispiam in senectute non canescit/uel/pręditus non est
quinis digitis/si uerbum/non est/ ad partem hanc propositio-
nis/in senectute non canescit/uel/nō quinis pręditus digitis est/
intelligatur, id quod post/homo quispiam/distinguentibus no
bis planius accidit, propositionem idem illi significare existi-
mamus quod est/ talem quempiam non esse/ & illi/non om-
nem esse talem/: ut in hoc uersu, Ac quoddam effutijt uerbum,
quod non quoq; dictum præstaret. hoc enim perinde est ac si
diceremus quoddam ex proditis uerbis effari non oportuisse.
Ac ueram propositionem à priore exemplo effici in materia
impossibili arbitramur, ā secundo ueram per se in contingen-
te: propter uniuersalem uero in impossibili. Sin autem in prio-
re uerbum/non est/ad/immortale/in secunda uero ad/quispiā/ Q
siue/ullus/referatur, particularem esse illam ac, tanquam im-
possibilis materia sit, uniuersalis beneficio ueram putabimus.
hanc uero uniuersalem: falsamq; omnino in materia cōtingen
te. Quare & impræfinita dicendum est negatione significari
utrunq;, uniuersale & particulare, pro enunciantium, ut sępe
proditum est, notionibus: si rursus uel ut/ullus/ præfinitioni,
quæ potestate in impræfinita continetur affirmatione, uel ut
prædicato negatiua particula iungatur. magis tamen hanc
quoque ad uniuersale declinare tunc ducimus, cum inficia-
tionis principium à negatiua particula sumimus: dicimusque
non est homo pennatus: aut iustus. & aut uerum profitemur:
aut etiam mentimur. Iccirco & omnes forsitan qui impræ-
finitā negationē pro uniuersali protulere, illam hoc pacto usur
passe uidenť, atq; /Nō ē motus ṗter res ipsas/dixere: &/Non
est sensus ṗter qnq; illos/&/Miníe licet hitare sine malo domū

A /&/Non bene permulti imperitant: /&/ Non ullus est morta-
lium qui liber est/. Quod si & ea quæ circa uniuersalem affir-
mationem accidunt operæpretiū est eadem ratione ac uia con
templari, quandoquidem in sequentibus Aristoteles id genus
quoq; meminerit propositionum, & in hac profecto dicendum
est, posita ante/est/negatione, cum uel ad/omnis/possit, uel ad
prædicatum exaudiri, usu uenire ut propositio, si uelut/omnis/
præfinitionem summoueat, idem particulari pollear negationi.
id quod rursus manifestius apparet, si uerbum/non est/in pro-
positionis initio statuatur: ut in hoc/nō est omnis homo sapiēs/.
sin adimat prædicatū, eadem ui cū uniuersali negatione prædi-
ta sit: ut/omnis homo nō sapiens est/&/ sapiens non est: quæ
perinde ualēt ac neminē sapientē esse. hæc autem nō in ijs dūta
xat propositionibus euenire quę ex tertio apprædicato constāt:
sed ijs etiam quæ ex subiecto & prædicato existimabimus: ut/
aliquis homo non ambulat: uel nō ambulat aliquis homo./&/
omnis homo non ambulat: uel non ambulat omnis homo/. In
his etenim prima, dilucidiusq; adhuc tertia/non/negationē ob-
B tinentes prædicato ad unctam, quantum idem seruare cū pri-
mitiuis affirmationibus ostenduntur: negatiua uelut particula
indidem prædicato constructa: neq; admodū ad aliud quidq;
exaudienda. Reliquæ cū negatiuas habeāt particulas quæ con
sequentes ipsis præfinitiones tollere uidentur, declinare ad op-
positum quātum magis apparent. Quāobrem & in īpræfinita
negatione eadem rursus afferemus quæ in particulari negati-
uam particulam obtinēte nō præfinitioni, sed prædicato con-
iunctam. Neutraq; earum disputationum quæ altercari initio
putabaē, prorsus uidetur à scopo aberrare. Nobis itaq; impræ-
finitam negationē pro utraq; determinatarū capere ratio per-
mittit. cæterum nō ea Veterū quispiā pro particulari usus cer-
nitur: quasi obscurius id fortassis indicante: quo etiā pacto de-
clarauimus. quando & pręfinitæ eæ negationes quæ negatiuā
particulam uerbo/est/præponunt, rariores ob id sunt apud Ve
teres ijs quæ præfinitionibus ipsam copulāt. Quod si ex impræ
finita affirmatiua minore & uniuersali negatiua maiore impræ
finita quæ colligitur negatiua conclusio particulari nunquam
non uidetur, nōnunq; uniuersali consonare, nihil est quod mi-
C reris. Necesse est enim in primæ figuræ conclusionibus de sub
iecto in minore propositione sumpto prædicatum appellari,
non solum nomine, significatoq; eodem manente, sed etiā quā
titate. quoniam & in hac figura quantitatē accidit cōclusionis
ex minoris sequi quantitate. Quapropter si in illa prædicatum,
ceu nōnulli competens subiectorum, est potestate acceptum,
in conclusione quoq; cuidam dicetur inesse illorum. quod in ijs
clarius apparet coniugationibus quæ ex particulari affirmati-
ua minore & uniuersali abnegatiua maiore conclusiones colli
gūt particulares negatiuas: ut/quidam est homo iustus: nullum
iustum iniustum est: homo igitur quidam iniustus non est. cui
pro modo supradicto tantundem hoc ualet, homo iniustus nō
est. Vt enim paucis absoluam, negatio in singularibus, quæ ne
imaginem quidem ullius in quantitate admittunt discriminis,
eandem ex necessitate affirmationi quantitatem seruat. in om-
nibus autem ijs quæ uniuersali subiecto utuntur, eaq; de re in-
ter uniuersale & particulare esse ancipites ualēt, si fuerit in quā
titate affirmationi uel actu, uel potestate opposita, contradicēs
D erit. sin in uerbo/est/uel actu rursus in propositione, uel potesta
te comprehenso, nō item. sed in uniuersaliter uniuersali, ea quæ
simul quandoq; mendax est: in cæteris, quæ potest concor-
dare. Hæc cum enucleauerimus, consideremus deinceps argu
menta Aristotelis, quibus impręfinitas cōcurrere mutuo pro-
positiones in contingente materia censet asserere. Duæ itaque
cum sint argumentationes, una à contrarijs, altera à nō con-
trarijs probationis aggressum mollitur. Contrariorumque
exempla, formosum ac deforme: non contrariorum, quod
fit quodq; est accipit. hæc autem non sunt contraria: si in ipsum
esse iter est generatio. atque à contrarijs quidem hunc in mo-
dum argumentū prouehitur. Impręfinitas affirmatioens duas
inter se ueritate consentientes capit contrarijsq; utentes prædi-

catis, tum hanc/est homo formosus/ tum illam/deformis ho- E
mo est/. quarum prior uerax propter Nireum uerbi gratia, ob
Thersiten altera deprehenditur. (Nam imprefinitas affirma-
tiones particularibus affirmationibus diximus eandem dubio-
procul facultatem obtinere) ergo si uerę simul hæc/quidam
formosus est homo/& hęc/homo quidam est deformis/profe-
cto & quæ imprefinite pronunciantur simul uerum common
strant. Alteram igitur ex sumptis hoc pacto affirmationibus
cum idem sonare alterius ostendat negationi, colligit usu ueni
re ut affirmatio in id genus propositionibus suę ipsius negatio
ni concurrat. simul enim cum hac, inquit/ deformis est homo/
uera illa est/homo est non formosus/. nam qui deformis est, pa
tet posse non formosum hunc esse. cum illa autem/est homo
non formosus/hæc/non est homo formosus/. qui enim non for
mosus est, liquet formosus ut sit nequaquam licere. Quare
huic simul affirmationi/est homo formosus/illa/non est homo
formosus/uera erit negatio. Videtur ergo, id quod ante memo
rabamus, ad uniuersale magis declinare à negatiua particula in
cipiens imprefinita negatio. perinde quasi negatiua particula F
ad aliquis/siue/ullus/pręfinitionem, quæ facultate in impræfi
nita inest affirmatione, commodius exaudiatur. Verum sic
quoque utitur illa Aristoteles, ut quę particularem exæquet ui
ribus: quasi uel hoc modo possit negatiua particula non asciti-
tię præfinitioni, sed prędicato coniungi. A non contrarijs uero
argumentum simili cum illo ratione progrediens quod à con-
trarijs deductum est, talem uim habet. Duas rursus affirmatio
nes sumit imprefinitas, tum eam quæ/ est homo/: tum illā quę
/homo fit/dicit. quarum uera altera propter illum qui actu est,
altera propter eum qui in utero fingitur, habetur. Illam ergo
quæ/homo non est/ inquit/homo fit/proferenti simul ueram
esse censet. nam qui homo fit, nondum est homo. Hæc igitur
/homo fit/si simul cum hac/homo est/uerum pronunciat, huic
uero/fit homo/illa, /non est homo/consentit, constat huic/ho-
mo est/illam/homo non est/simul ueracem futuram: id quod
ostendere ab initio proposuimus. Cæterum quæsiuerit quis- G
piam quonam pacto censuerit prorsus Aristoteles propositio-
num harum oppositionem contradictionis nomine uocandā:
cum simul uerum eas fateri autumet: finiendaq; in Resolu
torijs contradictione, oppositionem eam esse prodiderit cui
medium ex seipsa nullum intercedit: Et uero in prędicamentis,
in quibus oppositorum species discernebat, ea quę ut affirma-
tio negatioq; opponuntur, eo differre ab aliorum obiacentium
oppositionibus dixerit, ꝙ in solis his alterum uerum esse, alte-
rum falsum necesse sit. Quonam is igitur modo qui hęc ubi-
que decernit, hic par esse arbitratus est propositionum earum
oppositionem quę, ut ipse affirmat, uerę inter se sunt, impręfini
tarum inquam, contradictionem nominare? Cum enim Quæ
ergo uniuersalium contradictiones uniuersaliter sunt, ante di-
xerit, subiunxit, quę uero in uniuersalibus, non autem uniuer-
saliter: quasi harum quoque oppositio contradictionis uocabu
lo nuncupetur. Itaque ad hanc quęstionem contradictionis
nomen dicendum est pro affirmationis ac negationis pugna H
capi interdum quę uerum semper falsumq; diuidant: ut palam
tum ex ijs fit quę in prędicamentis disseruit: tum ex finitione il
la contradictionis quę in Resolutorijs redditur: quandoque ue
ro communius oppositionem absolute omnem affirmationis
ac negationis quæ eodem subiecto, eodemq; prædicato utun-
tur. declarat uero id in sequentibus, cum non omnem inquit
ueram esse aut falsam contradictionem: quod perinde est ac si
necesse non esse omnis partem alteram falsam. Quod si in
prędicamentis oppositarum affirmationum & negationum
una uerum asserente mentiri altera, & mentiēte uera esse pro-
debatur, neque exactam de his disputationem affirmabimus
in opere illo institutam: sed de singularibus solis illic proposi-
tionibus disseruisse Philosophum: quæ inuicem secundum eā
cōtradictionē q̄ proprie dicitē dubioprocul cōtradicunt. Post
eas autē argumentationes quibus ueras simul esse impręfini-
tas ꝓpositiōes asseruit, cū ipse quoq; aīaduerteret se min⁹ ꝓba

I bilia uiſum iri aliquando nonnullis propterea dicere quoniã
præſeferat impræſinita negatio non particulari, ſed uniuerſali
conuenire, { Illico } inquit audientibus (illico autem dicit,
pro in primo appulſu, & inconſiderate, atque inexplorate) qd
de impræſinitis præceptum tradidit propterea uiſum iri abſur
dum, quoniam hæc/non eſt homo albus/quæ impræſinita eſt
negatio, idem illi/nullus ẽ homo albus/ſignificare uideatur. ꝙ
ſi re uera ſeſe ita haberet, cum impræſinita affirmatio nullo diſ
ſentiente particulari ſemper affirmationi concurrat, ſemper o
mnino impræſinitæ propoſitiones uerum ac falſum ſecerne
rent: quo modo affirmatio particularis atque uniuerſalis nega
tio. Nunc uero neque idem dictæ inquit negationes impræſini
ta atque uniuerſalis ſignificant: neque ſimul neceſſario uerum
profitentur: nimirum hoc uelut aliud præter id addens quod
eſt idem indicare. ſunt enim quæ non idem ſignificent propoſi
tiones: ſimul autem uerę ex eo ſint quòd ſe mutuo ſequantur:
ut/impoſsibile eſt eſſe hominem pennatum/&/neceſſe eſt nõ
K eſſe pennatum hominem/: harum autem uerum proferente
uniuerſali, impræſinita quoque uera eſt. non tamen contra. Ha
ctenus proceſſit oppoſitionum earum contemplatio quæ in
propoſitionibus ineſt ex ſubiecti diuiſione proficiſcentibus.

V Porro & inficiationem vnam conſtat vnius affirmationis futuram. idem enim quod affirmauit affirmatio inficiari oportet negationem, atque ab eodem vel aliquo ſingulari, vel vniuerſali quopiam vniuerſaliter aut non vniuerſaliter ſumpto. Id autem intelligo, vt, eſt Socrates albus: non eſt Socrates albus. Quod ſi aliud quidquam ab eodem negauerit, aut idem ab alio, non oppoſita erit: ſed ab illa diuerſa. Huic vero, omnis homo albus, illa, non omnis homo albus, & huic, quidam homo albus, illa, nullus homo albus, . rurſus huic, albus homo eſt, illa, non eſt albus homo, . Itaque explicatum eſt vnam eſſe affirmationem vni contradictorie oppoſitam negationi: ac quænam ſint illæ. Aliaſque eſſe contrarias: & quænam eæ quoque ſint. Neque omnem veram eſſe, aut falſam contradictionem: & quamobrem: ac quando vera ſit aut falſa.

L

Oppoſitiones omnes perſecutus Ariſtoteles propoſitionũ, quoddam uelut corollarium colligit: docetq; nos his uerbis cũ una affirmatione ſolam unam poſſe negationem depugnare: plures una non poſſe. Quomodo ergo hoc ex ſupra dictis colligi dicemus? An quia uniuerſali uniuerſaliter affirmatiõi duæ refragari negationes uidebant uniuerſalis uniuerſaliter, & par
M ticularis. ex quibus particularis re uera illi contradicere, uniuerſalis in materia contingente conuinci ſimul cum ea mendacij deprehendebatur. Eodem pacto & aduerſus particularem affirmationem duæ uidebantur negationes illæ quas ante diximus decertare. harumq; uniuerſalis ipſam plane oppugnabat, ut quæ cum ea uerum ſemper ac falſum diſiungit. particularis autem in materia contingente concurrere illi comperiebatur. Hoc igitur cum nobis tradat, unam negationem unius eſſe affirmationis, atque eius rei cauſam afferat. { Idem enim } inquit { quod affirmauit affirmatio inficiari oportet negationem atque ab eodem. } idem autem dicit prædicatum. ab eodem uero, nempe ſubiecto. Nam præmonitum eſt ſæpenumero, propoſitiones illas neceſſe eſſe eodem ſubiecto uti ac prædicato quæ contradictorie inter ſe ſunt oppoſitæ. Deinde quaſi ꝓpoſitionum factam à ſubiecto diuiſionem ad memoriam nobis reuocans, { Vel aliquo, } inquit. { Singulari: uel uniuerſali quopiam uniuerſaliter aut non uniuerſaliter ſumpto: } Dicit autem /uel aliquo ſingulari/de oppoſitione ſingularium uidelicet propoſitionum. illud autem uel/uniuerſali quopiã/de omnibus abſolute uniuerſale ſubiectum uſurpantibus. & horum illud/uniuerſaliter/de præſinitis, rurſus illud/aut non uniuerſaliter/de impræſinitis pronunciat. Deinde appoſitis ſingulorum exemplis, cum ait, { Vt eſt Socrates albus, non eſt Socrates albus, } prius quam propoſitionum aliarum exempla ſubiungat, ad cuius rei differẽtiam proditum ſit exponit idem, quod affirmauit affirmatio negari à negatione oportere: dicitque, { Quod ſi aliud quidquam ab eodem negauerit, aut idẽ ab alio, non oppoſita erit: ſed ab illa diuerſa. } Hoc autem eſt, ſi aliud quodpiã inficiatio prædicatum negauerit, nec id quod affirmauit affirmatio: ut dicente/homo albus eſt/affirmatione homo iuſtus non eſt/dicat negatio, non hæc erit negatio prodi tæ affirmationis: ſed ab illa diuerſa. erit enim illius negatio/homo albus non eſt/. At hæc/homo iuſtus non eſt/prædicato ab hac differt/homo albus non eſt/. Similiter quoq; ſi ab alio quo
O piam ſubiecto inficiatio prædicatum negauerit, neque ab illo de quo affirmauit ipſum affirmatio, hæc rurſus affirmationis illius negatio non erit. Huius nanque/homo ambulat/quiſnam negationem eſſe hanc putet/equus non ambulat? / Eſt enim manifeſtum huius,/homo ambulat/hanc/homo non ambulat ueræ negationem eſſe. illam uero / equus non ambulat/ab ea ſubiecto termino differre. Hæc interfatus reliqua addit exempla propoſitionum: atque inquit, { Huic uero / omnis homo albus, } uidelicet aduerſatur (nam hoc deforis oportet ſubaudiamus) { Illa/non omnis homo albus/. & huic/quidam homo albus/illa/nullus homo albus/. rurſus huic/albus homo eſt/illa/non eſt albus homo/ } quarum præſinitæ, uidelicet aliæ ſunt: aliæ impræſinitæ. Deinde ea concludens quæ corollario commemorauit, { Itaque explicatũ eſt, } inquit, { Vnã eſſe affirmationem uni contradictorie oppoſitam negationi: ac quænam ſint illæ. } Percenſuit enim ſpecies omnes propoſitionum, tum ſingularium, tum præſinitarũ, impræſinitarũq; P etiam. idq; accidere in uniuerſis oſtendit. Et uero reliqua ex ijs quæ de propoſitionum locutus eſt oppoſitionibus concludẽs intulit, { Aliaſque eſſe contrarias. } Alias autem uocat, nimirum ab ijs quæ contradictorie ſunt oppoſitæ. { Et quænam eæ quoque ſint: } uerbo/explicatum eſt/communiter tum hic ſubaudiendo: tum in ijs quæ deinceps ueniunt dicenda. { Neque omnem ueram eſſe aut falſam contradictionem. } Hoc ipſum porro quid indicet iam declarauimus, nempe ipſum affirmare à contradictionis eius partibus quę communius dicũt ſignificatq; oppoſitionem quamlibet affirmationis ac negationis ijſdem utentium terminis non omnino uerum ac falſum dirimi. Hoc autem impræſinitarum gratia dictum eſt propoſitionum: quas in contingente materia ſimul eſſe ueras ea de cauſa cenſebat, quòd particularibus propoſitionibus concordent id quod ipſi uerba indicant illa, { Et quamobrem. } Illud quoque { Ac quando uera ſit aut falſa, } de impræſinitis & Q ipſum propoſitionibus fertur. Nam in cæteris præter contingentem materijs neceſſaria inquam atque impoſſibili hæ quoque uerum ac falſum ſecernunt.

Vna autem eſt affirmatio atque negatio quæ VI
vnum de vno ſignificat: ſiue vniuerſaliter ſit vniuerſaliter: ſiue non ſimili modo: vt, omnis homo albus eſt, non omnis homo albus eſt: eſt homo albus: non eſt homo albus: nullus homo albus, quidam homo eſt albus, ſi album vnum ſignificat. Quod ſi duobus vnum ſit inditum nomen ex quibus vnum non conſtat, non vna eſt affirmatio, neque negatio. Siquis verbi cauſa nomen tunicam equo impo-

A nat atque homini, dicatque albam eſſe tunicam, non hæc affirmatio vna erit, neque negatio vna. Nihil enim refert ita, an hominem & equum, eſſe album dicas. hoc autem perinde eſt, atque ſi homo eſt albus, & equus albus eſt dixeris. Ergo hæ ſi multa ſignificant pluresque ſunt, conſtat primam quoque vel plura vel nihil ſignificare. non enim quiſpiam eſt, homo equus. Quare neque in his partim veram eſſe, partim falſam contradictionem neceſſe eſt.

Quoniam ſupra uni affirmationi unam repugnare prodidit negationem, quæ tandem una ſit affirmatio, atque una negatio per hæc adijcit uerba: cum tamen & per antedicta iam nobis horum notitiam tradiderit: cum dicebat, Vna autem
B Enunciatiua eſt oratio quæ uel unum ſignificat, uel coniunctione eſt una. Plures, quæ plura, & non unum: uel quæ uacant coniunctione. Verum illic unius ac plurium orationum diſcrimen innuebat: hic uero præceptum accuratiore tradit o-
» pera. Vnam enim inquit propoſitionẽ eſſe eam quæ uno ſub-
» iecto, quod ad ſignificatum attinet, ac prædicato uno utitur,
{ Siue uniuerſale ſit uniuerſaliter: ſiue non, ſimili modo } hoc eſt ſiue ſit particularis, ſiue impræſinita, aut etiam ſingularis: quamuis non hic ſingularium exempla poſuerit. Hanc igitur eſt homo albus/unam eſſe propoſitionem arbitramur. ſi & homo naturam unam quandam notet: & album non æquiuocũ capiamus: ſed finitæ rei cuiuſdam ac certæ indicatiuum. Quod ſi æquiuocum ſubiectum in propoſitione uel prædicatum ſit, non unam amplius putamus eſſe propoſitionem: ſed totidem quot ea fuerint quæ ab aſſumpta æquiuoca uoce deſignantur. Igitur ſi ut ipſe ait, nomen/tunicam/homini atque equo impo-
neremus: dein diceremus/tunica eſt alba/ nihil enunciaremus aliud quàm equum atque hominem eſſe album. Et quidẽ hic
C atque/copulatiua coniunctio uiſionem eam præbet, ut una eẽ appareat propoſitio: uideturq; hominem atque equum colligare. At ſi detracta coniunctione/eſt equus albus / eſt homo albus pronunciemus, nullam unius propoſitionis imaginem ſuſpicaberis. Ergo ſi plures conſenſu omnium ſunt quæ hoc pacto propoſitiones dicuntur, patet illam quoque quæ huic eandem uim obtinet. aitq; tunica eſt alba/quam primam appellauit, quaſi ex hac ad eas tranſiuerit quæ diuerſis ex conſeſſo utũtur ſubiectis, uel nihil, uel plura annotare. Nam fieri quidem nequit ut unum illa ſignificet: quemadmodum uocis æquiuocæ diuiſio in ſignificata/tunicæ/inquam aperuit. cæterum quoniam omnem uocem aut ſignificationis eſſe expertem, aut aliquid ſignificare eſt neceſſe, ac ſi ſignificet, aut unum, aut plura indicare, liquet proditam quoque hanc propoſitionem/tunica eſt alba/uel carituram ſignificatu, uel fore ſignificatiuam: & uel unum quodpiam, uel multa nec unum indicaturam: Itaq; cum unum quid ab ea ſignificari confutatum ſit, reliquorum alterum duorum neceſſe eſt relinqui. at enim abſurdum eſt ni
D hil ab illa indicari: quamuis & hoc ſit perfectæ gratia diuiſionis in ſpeculaminis examinatione acceptum. plura ergo dunraxat notat: tametſi una eſſe in uoce propoſitio uideatur ex eo quòd ſubiectum unum eſſe appareat: quoniam/tunica/nomẽ eſt unum plurium ſignificatorum, ut hominis & equi, indicatiuum. Illud autem, { Non enim quiſpiam eſt homo equus, } mihi ob id dictum uidetur, quoniam poſſunt quæ ita ſumuntur propoſitiones non plura quandoq;, ſed unum indicare: cũ ſcilicet rebus in unam finitionem aliquam collatis plurbus, genere inquam ac differentijs unum quis nomen quoduis imponerit. Sit nãque animali, rationali, mortali, mentis ac ſcientiæ capaci commune nomen, ut ſumpſit Ariſtoteles/ tunica/ conſtitutum. num igitur cum/alba eſt tunica/dicimus, nõ unã ſed multas eſſe propoſitionem hanc affirmabimus? nequaq;, quoniam ex omnibus quibus tunica eſt inditum nomen, una quædam natura ideſt hominis completur. eſtq; idem dictu/tunica eſt alba/, & /animal rationale mortale mentis ac ſcientiæ capax album eſt/: hoc autem idem illi ſonat/homo eſt albus/. Quamobrem non propoſitiones is protulerit multas qui unũ quiddam de communiter indito uniuerſis illis prædicat nomine quæ finitionem complent eãdem. Quæ nam igitur diſtinctio eſt earum propoſitionum in quibus non licet unã ab impoſito rebus illis nomine propoſitionem effici, atque in quibus licet? An in quibus una fieri nequit propoſitio, ea neceſſe eſt à ſe inuicem eſſe diſcreta: ut in homine & equo dicebamus. in quibus autem propoſitio una eſſe poteſt, hæc uel uniuerſaliter nonnũquam omnino uero ex parte de ſe mutuo affirmari eſt neceſſe: ut hominem exempli cauſa proferebamus in animali, & rationali, & mortali, demumq; ijs omnibus quæ ad complendam finitionem unam quampiam aſciſcuntur. Quippe horum quodq; cum uniuerſaliter de re finienda prædicetur, de quouis etiam illorum quæ finitionem explent eandem neceſſe
F eſt ex parte affirmari. Nam quoniam de omni homine prædicatur animal, ſimiliter & rationale, neceſſe eſſe conſtat utrũuis eorum ex parte prædicari de altero. ſiquidem & quoddam rõnale animal eſt: & quoddam animal rationale. Eadem ratio et in animali ac mortali. nam & quoddam mortale eſt animal et quoddam animal mortale. & in rationali ac mortali. etenim quodpiam rationale mortale eſt: & quodpiam mortale rationale: tametſi horum nonnulla uera eſſe uniuerſalium beneficio contingat. itaque hæc ipſe breuiter indicauit cũ dixit. { Nõ enim quiſpiam eſt homo equus. } Qua autem ratione præceptum hoc quoque dictæ proprie cuntradictionis contemplationi conducat, docendo ſubiunxit, { Quare neque in his partim ueram eſſe, partim falſam cõtradictionẽ neceſſe eſt. } idem huic nimirum dicens, Quare neque in ijs contradictionibus quæ æquiuoco ſubiecto uel prædicato utuntur, neceſſe eſt alteram mendacem eſſe propoſitionũ: alteram uerum fateri. neque immeritò id: quandoquidem nihil prohibet diuerſarum
G rerum quæ à uoce æquiuoca ſignificantur aliam eius eſſe participem quod communiter de ipſis prædicatum eſt: aliam non eſſe: ut in hoc declarauimus/Aiax ſingulari certamine congreſſus eſt Hectori: & Aiax non congreſſus eſt ſingulari certamine/& quemadmodum in hoc prodito exemplo/ tunica eſt alba, & non eſt alba tunica /. Fieri enim poteſt ut homo uerbi gratia ſi ſit albus, equus non albus, & ueræ propoſitiones ambæ, & falſæ ambæ ſint. & altera uerum, altera falſum profiteatur.

In ijs ergo quæ ſunt & fuerunt neceſſe eſt ve- VII
ram aut falſam eſſe affirmationem vel negationem. in vniuerſaliter quidem vniuerſalibus veram ſemper alteram eſſe, alteram falſam: & in ſingularibus: vti proditum eſt. At in vniuerſalibus non vniuerſaliter dictis non eſt neceſſe: atque de his quoque diſputatum eſt. In H ſingularibus vero nec dum exiſtentibus, non ſimiliter.

Cum propoſitionum diuiſionem à ſubiecto per præcedentia tradiderit nobis Ariſtoteles, diſcreueritq; eas quæ uerum ſimul aſſerere, ſimulq; mentiri interdum, & quæ uerum ſemper ac falſum dirimere propoſitiones ualent, per hæc eam addit q̃ in ipſis ad diuidendum rurſus aut non diuidendum uerum & falſum à prædicato oritur differentiam. Quoniam enim prædicatum neceſſe eſt in propoſitionibus uerbum eſſe, tempus autem à uerbo adſignificari dicebamus, tripartitoq; tempus diuidimus, in præteritum, præſens, futurum, propoſitionem quã libet in uno trium temporum capi neceſſe eſt. Itaque cum in ea diuiſione quæ a ſubiecto emanat oppoſitiones quatuor ſint propoſitionum, duæ angulares ex diametro/omnis/ad non omnis/&/quidam/ad/nullus tertia impræſinitarum, & præter

I has illa ſingularium, perſpicaciter admodũ tres oppoſitionum ſpecies in propoſitionibus ſimil: modo ſeſe inquit in omni tem
pore habere ad uerum falſumq; diſcernendum: aut uerum ſi
mul declarandum: angulares inquam ex diametro, atq; impræ
finitas: ſingulares uero non item. Noſtra autem in una ex tri
bus proditis oppoſitionibus inſtituatur oratio: ut palam quoq;
fiat quonam pacto iuxta modum quẽ diximus ſingulares ab iis
propoſitiones differant. cum eadem uidelicet conuenire nobis
poſſint ad ſingulares propoſitiones à duabus reliquis oppoſi
tionibus ſecernendas. Sumantur ergo particularis affirmatio
atq; uniuerſalis negatio. has ſi in materia deligas neceſſaria, af
firmationem ueram ſemper, negationem falſam reperies. ſin in
impoſſibili, affirmationem falſam: ueram negationem. At in
contingente affirmationem, ut quæ contingens ex parte eſſe di
cit, quemadmodum & ineſſe eſt aptum natura, rurſus ueram
eſſe comperies: negationem uero quæ cõtingens quibuſdam
ineſſe natura idoneum, quibuſdam non ineſſe, omnino tollit,
K falſam neceſſario. Quo enim modo in præſenti tempore uerũ
hoc eſt/, quidam homo eſt albus/falſum hoc/ nullus homo al
bus eſt/ſic in præterito quoq; hoc/homo/quidam fuit albus/ue
rũ ẽ/nullus homo albus fuit/hoc falſum. ſimiliter & in futuro
uerum eſt hoc/quidam homo albus erit/hoc falſum/nullus ho
mo erit albus/. Eadem certe & in altera diametricarum angu
larium oppoſitione/ omnis/&/nõ omnis/ ratio congruet. nam
partes quoq; illius quacunq; acceptæ in materia fuerint, pariter
in omni tempore ad uerum falſum diſtinguendum ſeſe habe
re deprehenduntur. Et uero impræfinitas quas uocant propoſi
tiones, ſi in neceſſaria aut impoſſibili eas materia cõtempleris,
uidebis in omni tempore uerum ſimiliter ac falſum diuidere.
ſin uero in contingente, ſeu ueræ ſimul ſint, ut ante docuimus,
ſimul iis omni tempore ueri aſſertio ſuppetet: neq; in præſens
uerbi gratia ſimul ueraces erunt: in præteritũ ſeſe uel futurum
non ita habebunt. ſeu uerum ac falſum dijudicent, impræfinita
negatione nõ particulari negationi, ſed uniuerſali cõſentiente,
omni rurſus tempore, non ſecus ac particularis negatio uni
L uerſali opponitur negationi, ut ſibi mutuo contradicant obtine
bunt. Tribus igitur iis quas prodidimus oppoſitionibus omni
tempore ad faciendam contradictionem uel non faciendã per
inde ſeſe habentibus, Ariſtoteles à ſingularibus inquit propoſi
tionibus in neceſſaria ipoſſibili q; materia ſimiliter alijs in om
ni tempore uerum definite falſumq; diuidi. Nanq; in materia
neceſſaria ueram eſſe affirmationem neceſſe eſt: quæ quod ne
ceſſario ineſt dicit ineſſe. negationem mentiri: ut quæ quod ne
ceſſario ineſt aboleat. in impoſſibili fallere affirmationẽ: quæ
impoſſibile ineſſe pronunciat. negationem, uelut id tollentem,
eſſe uerudicam. At in materia contingente non etiam, inquit, ſi
militer eas eſſe in omni tempore habere, cum ad ueri falſiq; di
ſcretionem ſumuntur. quippe in præterito ac præſente, utpote
exitum re de qua ſermo eſt, cõſecuta, quæ ex ſingularibus pro
poſitionibus uerum & quæ falſum proponit eſſe conſpicuam.
Nam ſi forte lauetur aut lotus heri Socrates fuerit, uera eſt affir
matio quæ/Socrates inquit lauatur: heri lotus eſt Socrates/. ne
M gationem uero, quæ quod ineſt aut inerat tollere conatur, fal
ſam fore perſpectum eſt. & ſi non lauetur, aut pridie non fuerit
lotus, patet acceptam in præſenti ac præterito tempore nega
tionem neceſſario uerum fateri. affirmationem, quæ quod ad
exitum deductum non eſt ineſſe, uel fuiſſe inſitum dicit, falſum
aſſerere. At futuro in tempore diuidi quidem & ita inquit à ſin
gularibus propoſitionibus uerũ & falſum: non perinde tamen
atq; illæ quæ in præſenti tempore uel præterito capiunt. haud
enim poteris etiam utra tandem uera ſit, utra falſa illarum defi
nite certoq; dicere: cum ad exitum nondum prodierit, euenire
autem ac non euenire res poſſit. Cæterum uidetur quidẽ hoc
logicum eſſe quod ab Ariſtotele nunc agitatur theorema, re
autem uera ad partes omnes philoſophiæ neceſſariũ eſt. Nam
& in omni philoſophia quæ ad mores pertinet neceſſe eſt aſ
ſumamus, non eſſe, fieriq; ex neceſſitate omnia: ſed noſtræ
quoq; nonnulla eſſe liberæq; uoluntatis. Siquidem cum quæ-
dam in poteſtate noſtra ſint actiones, atq; hæc eligere uel non N
eligere & agere uel non agere nobis ſit integrum, nonnullas
laude, quaſdam uituperatione dignas eſſe conſultorias uolun
tates actionesq; perhibemus: aliosq; ad honeſtas cohortari
probasq; actiones atq; à contrarijs dehortari operæpretium
eſſe ducimus. Quin utile quoq; ad naturalem diſputationem
uidetur theorema: is enim ſcrutatur qui de rerum agit natura
fiantne ex neneſſitate quæ fiunt omnia: an nonnulla fortuna
caſuq; contingant. Similiter & ad rationalem methodum. hoc
enim ipſum eſt quod in præſens quæritur, utrum definite uerũ
& falſum diuidat omnis contradictio: an quædam ſit etiã quæ
hæc indefinite diſiungat. Inuenies porro & ad primam philo
ſophiam theorema pertinere, nam & Theologus quonam pa
cto mundanæ res à prouidentia gubernentur perquiret. & fiãt
ne certo atq; ex neceſſitate quæ fiunt omnia: ut quæ in ſempi
ternis inſunt: an aliqua ſint etiam quæ in contingentibus eue
niant: quorum generationẽ particularibus certe aſcribi aliasq;
ſe aliter habentibus cauſis neceſſe ſit. Ac ne admodum indo
ctos quidem comperies homines qui huiuſce notitiam theore O
matis negligant: ſed quoſdam qui perinde quaſi gerantur ex
neceſſitate omnia cauſas à quibus aberrant aſſequendis, ad
fatum, uel prouidentiam, tum diuinam, tum dæmoniam refer
re contendant: quemadmodum is qui indocte apud Homerũ.

Non ego iam ſum, (inquit) ,,
Iuppiter at, Parca eſtq; & noctiuaga auctor Erinnys, ,,

Alios uero, ceu ſint & quædam noſtræ credita uoluntati,
qui omnia neceſſitati condonantibus repugnent: nobisq; cen
ſeant, ut qui ſponte noſtra ipſi commouemur, bonis artibus uir
tutiq; incũbendum. Itaq; theorema cum tantum ad uitam om
nem noſtram habeat momenti, neceſſe arbitror ex illis rationi
bus quæ addicere omnia neceſſitati conantur, eas exponere atq;
diluere quæ difficultatem audientibus ingerunt. Hæ uero cum
duæ ſint, altera logica magis, altera quæ grauiorem commen
tationem poſtulat logica uelut in quadam noſtra actione, ut in
metendo, elicitur hunc in modum, Si metes inquit, non forte
metes, forte non metes: ſed metes omnino. & niſi metes, eodẽ P
modo non forſitan metes, fortaſſe uero non metes: uerum non
metes prorſus: ſed enim ex neceſſitate uel metes, uel nõ metes.
ſublatum igitur ipſum/forſitan/eſt: ſi neq; in metendi & nõ me
tendi oppoſitione locum obtineat: cum horum alterum ex ne
ceſſitate euẽniat: neq; in eo q; ſuppoſitionem utranlibet ſequit.
at ipſum/forſitan/id erat à quo inuehebatur contingens. ergo
cõtingens deperit. Huic itaq; facile eſt rationi occurrere, ſi hoc
pacto reſpondebimus: Cum dicitis, ſi metes, non forte metes,
fortaſſe non metes, ſed metes omnino, quomodo uerbum/me
tere/ſupponendum cenſetis: num ut neceſſariũ, an uero ut con
tingens? nam ſi ut cõtingens, id de quo quæritur habemus. ſin
ut neceſſarium, primum ipſum id uobis concedi uelut euidens
petitis quod in queſtione poſitum eſt. deinde uerum erit pror
ſus metere. haud uero dicẽti, at enim uel metes, uel non metes,
locus patebit. quomodo enim ſi eueniat horum alterum neceſ
ſario, ſitq; uidelicet impoſſibile alterum, conſentaneum fuerit,
ſed enim aut hoc eſt, aut illud dicere? quãobrem non hoc de
mum ipſis argumentum deducitur. Altera ratio, negotij adeo Q
plena, nec confutatu facilis, ut multos quoq; ex iis qui perſpica
ciores uidentur, in eam abducantur ſententiam quæ contingẽs
abrogat, ex tali diuiſione prouehitur. Aut definite inquiunt exi
tum dij norunt contingentium: aut nulla prorſus eorum ſunt
notione præditi: aut quẽadmodum nos indefinitã incertamq;
illorum notitiam obtinent. uerum fieri nequit ut ex iis quæ ſunt
quidquam ignorent: cum procreent omnia: concinneq; diſpo
nant: atq; impermiſtæ omnino mentes materiæ ſint: immo ue
ro (ſi exactius loquendum eſt) & ſupra intellectualem ipſam
proprietatem ueræ ſui ipſorum eſſentiæ ſedem ſtatuerint. Neq;
enim caſu rerum dicemus naturã ordinemq; conſtare, neq; di
ctat ratio deos uel eorum quæ in naturam promunt eſſe igna
ros: uel ceu quoſdã ignauos ac deſides tum illorum cognitio
nem: tum gubernationẽ negligere. Nanq; operoſam arbitrari,

A negotijſq; obnoxiam fieri à nobis deorum uitam, dementiſq;,
tranquillitatis, quæ dijs nequaquam conuenit, expertem, ſi par
ticularia ab iis curari dicamus, illorum eſt qui deorum cogni
tionis poteſtatiſq;, excellentiam, ſi noſtræ conferatur, haud
quaquam perſpexere: putantq; ob hanc inſcitiam ex rebus hu
manis ea quæ ad deos pertinent æſtimanda eſſe: noſtramq; ad
illos imbecillitatem transferendam: quaſi Sol rex illuſtrare ſi
mul queat uniuerſa quæ mundi ambitu clauduntur: niſi corpo
ra quædam nonnullis non pellucida, ſed ſolida quandoq; ob
tendantur: incorporea uero prorſuſq; imateriata deorum fa
cultas expedite ſimul tota cunctis pariter rebus adeſſe non poſ
ſit: cum nihil illam præter ineptiam noſtrã arcere ualeat. quãq;
ne tunc re quidem uera præpediatur Deorum prouidentia uel
ad humanarum rerum cognitionem: uel ad curam de illis ge
rendam: ſed nobis ipſis perinde accidat atq; iis qui in ſolari ſple
dore ſomnum capiunt: aut etiam cõniuent. Nam quẽadmodũ
illi calore fruuntur qui rebus quæ hic ſunt à ſole exhibetur, il
luminatrice autem eius facultate ſe ipſi ſua ex optione priuant,
B non propter itã quãpiam dei qui ſuos ab illis reprimat radios,
ita & qui ob flagitioſam quandam uitam excidere à Deorum
prouidentia dicuntur, nõ ſunt prorſus ab ea ſecluſi. Haud enim
quiſpiam, quod hoſpes inquit Atheniẽſis, uel exiguus eſt adeo,
ut ſi terræ ima ſubeat, latere prouidentiam queat, uel minima
quæq; inſpectantem. neq; adeo magnus, ut ultra cœlum euola
re, ac cuncta gubernantem euadere prouidentiam poſſit. Ve
rum cum ſeipſi Deorum abdicarint facultatibus quæ bona ex
ſeſe nobis tribuunt, eas conſequuntur neceſſario quę per ultio
nem ipſos tandem ac pœnam in naturæ ſtatum reducũt. Hæc
itaq; confeſſa cum ſint in cõmunibus nec peruerſis animorum
cõceptibus, atq; in decimo de Legibus planè demõſtrata, neq;
noſtra ignorare dij poſſunt: neq; incertam eorum, quaſi de euẽ
turis coniectantes, notitiam habere. Nam primum quidem, uti
nos docuit Timæus: ipſeq; theologice differendo pronunciat
Ariſtoteles, & ante hos Parmenides nõ ſolum apud Platonem
diſputans, ſed in ſuis quoq; carminibus ſcriptum reliquit, nihil
C eſt apud deos præteritum neq; futurum: neq; horum utrunq;
non ens, tum ipſum non amplius, tum uero nondum: quodq;
eſt mutatum, & quod natura aptum eſt mutationi. Hæc autem
iis quæ uere ſunt, mutationemq; ne cogitatione quidem ſuſci
piunt, accõmodari non poſſunt. Quippe quod immutabile eſt
prorſus, illi quod quoquomodo mutatur præeat neceſſe eſt: ut
etiã dum mutatur maneat. Quapropter in dijs qui rationẽ ad
ea quæ ſunt principij obtinent fieri nequit ut præteritũ aut futu
rum ſpecteturſed omnia ſunt in uno apud ipſos æuo inſtante
collocata: temporalibus nimirum mẽſuris cum uniuerſi ſubſi
ſtentia ſimul apparentibus: ſolaq; ea metiẽtibus quæ uel ſubſi
ſtentiam uel actionem in tempore obtinent. Iccirco & cõjectu
ralem notitiam abiectã eſſe procul à dijs neceſſe eſt, & ad ratio
nalis uitę limitationem. Deinde quomodo uel tãrillũ nobis in
ſitum maturitatis uidebitur, ſi deorum cõgnitioni nihil plus q;
noſtræ tribuendum cenſeamus: ſed ambiguam ipſam audea
mus, atq; indefinitam confiteri? eiuſdem, nãq; erit intelligentiæ,
imo uero amentiæ brutarum quoq; cognitionem animantium
D noſtræ conferre: illasq; etiam uniuerſalium atq; intelligibilium
cõprehenſione imptiri. In ſumma ſi deos prorſus neceſſe ſit
auctores rerum omnium, uel cauſas eſſe adiunctas, quonã pa
cto conſentaneum ſit rationi aut operã ab ipſis ignorari ſua,
uel ſuorum operũ effectus, uel quæ quoquomodo ab illis fiũt:
aut ceu nihil ad eos pertinentium neq; in eorum poteſtate po
ſitarum rerũ ancipiti notitia eſſe præditos? Neutra uero ex his
ſuppoſitionibus noſtra à dijs poſſunt modo illo quo dijs conue
nit prouidentiæ curari. hoc autem eſt curã de illis ab ipſa proui
dentium geri eſſentia, eaq; uelut ex prora gubernari: non de ip
ſis, ut Poetæ aiunt, conſulendo: ſiquidem prudentiæ defectus
conſiliũ eſt: neq; alias alia conſultando faciendoq; quippe hoc
ab una & ſimplici ipſum actione alienum eſt prorſuſq; imuta
bili: pertinetq;, ad eos ſolos quos tempus metitur: quiq; actioni
bus cum conſultoria electione perfunguntur. ſed ipſo eſſe in-
quiunt: quo pacto Sol non conſulendo, neq; ſe mouendo, ſed E
ipſo eſſe, uel ſi manens intelligeretur, ea impleret quę poteſt ip
ſius lumen conferri. Neq; ergo ita fieri illorum poteſt prouiden
tia: neq; ſi ita fiat, de pluuia uerbi cauſa, uel ſeruãdis fructibus,
aut uictoria, ut qui exitũ ignorent, preces ipſis fundere ac ſup
plicare, procul à ſtoliditate fuerit. Quod ſi hæc fieri nequeũt,
eaq; nec dicere nec cogitare fas eſt, atq; ab ipſa coarguuntur
experientia, ut diuinorum actuum libri multis cõditi uerſibus,
& quæ quotidie prope dixerim fiunt, iis qui animaduertere poſ
ſunt, indicant, conſtat dicendum eſſe & diſponi à dijs contin
gentia, & ipſorum exitum certo cognoſci, quippe magis par
erat res ab ipſis ſempiternas deſpici prouidentia ea deſtitutas
quæ in ipſas incũbit, q; fluxili prędita natura. ſi illæ quidem à
ſuiipſarum natura certitudinem obtinent, talemq; à Deo ſunt
immutabilem eſſentiam ſortitę: quas autem obnoxias genera
tioni propter ſuę fluxibilitatem materiæ ferri in omnis generis
mutatione natura uoluit, eæ neq; eſſe poſſunt, neq; contineri ac
digeri: cum non multum opificæ ac proſpectricis cauſæ nõ ſo F
lum uniuerſalioris atq; abſtractæ, ſed particularioris etiam cu
iuſdam ac propinquioris ſint affecutę eorum quæ ſeſe eodem
modo perpetuo habent. quo pacto & in hominibus cura maio
re indigere pueros uiris uidemus, uel ſtultos prudẽtibus. Quod
ſi norunt dij contingentia, certoq; norunt, ne, id quod diximus,
indefinitam eorum cognitionem ſtatuamus, Athenasq; à li
gneo ſolum muro ex barbarorum periculis ſeruatum iri intel
ligunt, atq; à diuina Salamine filios mulierum perdendos, & il
lud, Magnum Alyę imperium excindet Cræſus ſuperato, &
Laium ſi liberos ſuſcipiat, domum ſuam uniuerſam funditus
euerſurum, conſtat hæc non euenire non poſſe. ſin minus, illos
neceſſario fore mendaces. Igitur duorum alterum, aut omnia
ex neceſſitate euenire, ac uelut cognoſci à dijs prædicique affir
mabimus, nomenq; inane ipſum erit contingens: aut ne à dijs
quidem cognoſci hæc humana, neq; illis conſuli arbitrabimur.
at hoc fieri nequit. tollit ergo contingens. Huic itaq; rationi, cũ
ea non facile, id quod dicebamus, queat infringi, ab ipſaq; eui
dentia, ut Vatum prædictiones declarant, cõfirmari uideatur, G
nos ſm diuini Iamblichi dictationem occurrentes, diuerſas co
gnitionum menſuras diuidere operæpretium eſſe putabimus:
dicemusq; cognitionem cum inter cognoſcentẽ & rẽ quæ co
gnoſcitur media ſit, ſi actus illa cognoſcentis circa id eſt quod
cognoſcitur, ut circa album uiſus, modo rem præſtantius q; co
gnobilis ipſius rei naturę conueniat, modo deterius, quandoq;
uero pariter noſſe. Nam quando noſtram dicimus mentem ci
uilibus repręſentandis functionibus res ſingulas cognoſcere,
referreq; ad uniuerſalia, per eaq; uelut ꝓpria cognoſcere illas
pertentare, patet cognitionem hic ea re quæ cognoſcitur dictũ
iri præſtantiorẽ: ſi cõminui ſingulare in partes poteſt, atq; in
mutatione uerſatur: ratio autẽ per quã mẽs eas adminiſtratrix
nouit, indiuidua eſt atq; ĩmutabilis. Cũ uero ipſa ad ſeſe cõuer
ſa, purificisq; ꝓfungẽs uirturibus ſuã ipſius eſſentiã cõtemplat,
cognitionẽ neceſſario illi eſſe rei quæ cognoſcitur parẽ. Quod
ſi in ſummum ſuæ ipſius perfectionis apicem euecta, ſpecula H
trices q; ſibi uirtutes proponens, de diuinis ꝓſiderat deſcriptio
nibus, ac quonã pacto ex uno hæ oĩũ deducant principio, &
quę ſit cuiuſq; ꝓprietas, cognitionẽ ea re quæ cognoſcit dete
riorẽ eſſe neceſſario. Hæc cũ ita ſe habeãt, noſci à dijs tũ præ
ſentia oĩa, tũ preterita, tũ futura, uel quæ nondũ ſunt, eo modo
quo dijs cõuenit dicẽdũ eſt: hoc eſt autẽ una certaq; cognitione
atq; indeclinabili. iccirco & cõprehenſam ab iis notitiã eſſe cõ
tingentiũ: ut q cõcluſa mũdi ambitu oĩa in naturã producunt:
ſuntq; ſubſtãtiarũ ſempiternarũ auctores generaſcentiũ uero
cauſæ adiunctæ, pro ſuis illarũ quarũcunq; actionibus: nec ip
ſas ſolũ uelut cernũt ſubſtãtias: ſed earũ quoq; facultates fun
ctionesq; tũ quæ ſm naturã ſunt, tũ quę præter naturã. quod
quidẽ pręter naturã eſſe ſimul ſeſe cũ neceſſaria deficientiũ re
rum remiſſione iis inſinuauit quæ ipſo quoq; aliquãdo imper
tiri natura uoluit: nõ in primis: ſed p exilis hæretiſq; modum
quẽ uocant eſſentiæ. Cognoſci uero ab iis cõtingentia potiore

I q̃ ipsorum illorũ cõtingentium naturę competat modo. iccirco hęc cum incertam obtineant naturam, & euenire & nõ euenire posse. ab illis uero & hæc, ceu melius q̃ ipsorum natura postulet anticipata eorum cognitione definite intelligi. quippe & diuiduas res indiuidue necesse ab ijs esse nulloq; interuallo, & quę multiplicata sunt, forma simplici: & temporalia sempiterne generabiliaq; ingenerabiliter cognosci. Haud enim profecto dicere pariter rerum fluxui cõcurrere deorũ notitiam sustinebimus: nec esse in illis quidq̃: uel prǽteritũ, uel futurũ: neq; in ipsis dici, ut in Timæo accepimus/fuit, uel erit, quæ mutationem quandam indicant: sed/est/ solũ: idq; nõ quod uerbo/fuit/uel/erit/cõnumerat, atq; ab ipsis ex aduerso disiungit, uerũ ante omnem repræsentationem intelligitur temporis: atq; cõstantiam ipsorũ ĩmutabilitatẽq; significat. id quod magnus quoq; Parmenides intelligibili omni dicit competere. nã Haud quaq̃, inquit, simul omne fuit: neq; erit: sed solum est. Neq; ueræ contingentia uocamus putare oportet, propterea quod certo à dijs

K cognoscantur, necessariũ exitum habitura esse. nõ enim quoniam ea dijs norunt, ob id euenient necessario: sed quoniã cum cõtingentem habeãt naturam atq; ancipitem, finem talem omnino uel talem obtinebunt, hac de causa necesse est deos quo pacto euentura sint intelligere. estq; idem sua quidem natura cõtingens, deorum autem cognitione non infinitum amplus: sed definitum ac certum. Constat uero posse uel nostra notitia definite quandoq; contingens nosci: cum scilicet nec prǽterea contingens proprie est: sed suę ipsius generationis antegressas causas ex necessitate cõsequit. Globus igitur in parallelo horizonte quiescens plano, potest planicie situm eundem obtinente ab aliquo moueri, ac non moueri. sin uero inclinata fuerit, non potest nõ sese dimouisse. Has ob res Medicos quoq; cernimus nihil quandoq; de ægrotantibus num cõualituri sint an moriturí, uelut ambo cõtingentia sint, effari audere: interdum uero asseuerando de horũ altero prǽdicere: quasi ut aliquod prorsus ęgroto accidat futurum sit. Cęterum quoniã audacius non

L nulli circa propositi theorematis quęstionẽ uersantes, demonstrare se putant ne dijs quidẽ certã notitiã suppetere contingẽtium: adducũtq; nobis oracula, quę ambiguę de futuris pronũciant, ea sunt quę magnus inquit Syrianus & aduersus hos differenda. Primum quidem aliam esse deorum cognitionẽ intellectionemq; animaduertendum fuisse, aliam Prophetidis actionem: quę tũ cõmota ex Deo est: tũ diuiduam in se orationem, & metra, cognitionemq; dubiã peperit: haud enim sane quod illustratur perinde est atq; id quod illuminat. Deinde uero & audientiũ utilitatis causa respõsa à dijs sæpe dari ambigua, quę ipsorũ cogitatum exerceant. nobis enim utũt dij ceu spõte mobilibus: nostraq; hũc in modum gubernant, nobisq; omnia ꝓ nostra ipsorum dignitate tribuũt. Verũ hęc sunt fortasse & audacius agitata: atq; à proposita re in longam inquisitionẽ aberrantia. In summa autem oĩa cogens ratio, utrũ, inquit, & hoc ipsum necessario cõtingit hominibus, oĩa uel necessitate cõpulsa esse dicere: uel opiniones de modo rerũ generandarũ in nostra positas esse uolũtate? Nã si uerũ sit secũdum, nõ ergo ex necessitate oĩa. sin quod prius est, quonã pacto oppositũ quidã, mul

M ta geri nostro arbitratu opinãtur? Prorsus nq̃q; ratione uacat à natura oĩa cogente, ut aiũt illi, nos ad ea quę ab ipsa fiunt condẽnanda præter naturam moueri. perindeq; est ac siquis Medicam artem docens, per hoc ipsum discipulos parauit ad artis eius quã expetierunt principia tollẽda. tãetsi uerisimile est qdq̃ eorũ quę præter artẽ sunt ab Artifice nõ quatenus talis, est fieri: ut si medicamẽtũ ad sœtum perdendũ Medicus aut uenenũ exhibeat: ceu ꝓ se mobili prǽditus animo: nhilq; ars cõferat ad ipsam Animi perfectionem: sed in corporis aut exteriorũ curã incũbat. at fieri nequit ut cõtrariũ suo fini quidpiã moliat natura. Sed nec quo pacto mõstrorũ, sic opinionũ quoq; redundantiã materiæ aut defectũ excusabimus. neq; enim fingere ipsis uolẽtibus facile est diuersarũ causas opinionũ reddere ex materię differẽtia. neq; satũ etiã causam omniũ esse fatebunt. sed de his satis. Ad ea uero exponẽda quę ab Aristotele hoc loco, dicũtur stylũ reuocãtes, primũ quę ꝓ hęc tradunt paulo prius proditis cõsequentia esse affirmabimus. ꝓxime enim de affirmatio

N nis negationisq; oppositione agebatur, quę non semper uerum ac falsum secernunt. His itaque per seriem adijcit, qualis affirmatio quali sic opposita sit negationi, ut uerum semper ac falsum ipsę, nõ tũ distincte, sed infinite diuidãt. Tradit uero ea primũ quæ tũ angularibus ex diametro ꝓtradictionibus, tũ singulariũ illi cõiter cõpetũt: atq; ipsis inesse oĩbus hęc in præsenti tẽpore ac prǽterito definite partiri. hoc enim est. { In ijs quę sunt & fuerũt uerã aut falsam esse affirmationẽ uel negationẽ. } Ac prius sane hoc diametricis docet subesse angularibus quas uniuersales ultr appellauit quasi ꝓpõne p̃ditas altera q̃ ultr prǽdicet. deinde addit & in singularibus idẽ propõnibus quod in angularibus ex diametro accidere. hoc enim sibi uult illud, { Vti ꝓditũ est. } Admonet autẽ necesse nequaq̃ esse ex ĩprǽfinitis ꝓpositionibus, si in ꝓtingẽte materia capiant, uerã alterã esse, alterã falsam. Deinde singulariũ in futuro ꝓpõnũ à cęteris ꝓtradictionũ speciebus differẽtiã subdit: cũ ait, { In singula

O ribus autẽ nec dũ existẽtibus, nõ similr. } datq; ꝓ hęc nobis intelligi ꝓpõnes alias tũ angulares ex diametro tũ ĩprǽfinitas ꝓinde habere sese in futuro, atq; in p̃senti ac prǽterito habuere: singulares nõ itẽ. Propositionũ autẽ de quibus agit proprio designãdo, exquisite admodũ/in singularibus autẽ necdũ existentibus/dixit atq; ꝓ illud/necdũ existentibus/id significat quod in materia cõtingente accipit. Quod enim nõdũ est, ut ipse in Libris de generatione & corruptione explicat, aliud est à futuro. ac significat futurũ quidẽ id quod prorsus euenit: ceu cũ dicimus/erit hyems: uel ęstas: uel deliquiũ/.(appellãt hoc Græci esomenõ) quod autẽ est nõdũ, uocatq; à Gręcis mellõ, id quod euenire ac nõ euenire potest indicat: ut apud illos/mello uadizin, mello plein/quasi dicas debeo ambulare, debeo nauigare. nos tũ hoc q̃q; futurũ appellabimus, discriminis huius Græcorũ declaratione ꝓtenti. cũ igit in alijs materijs necessaria atq; impossibili singulares similiter ꝓpositiones ut in anticipato & præsenti tẽpore, sic etiã in futuro sese habere ostendat uero ac

P falso præcise diuidendo, in ꝓtingente nõ etiã, quãuis & in hac materia cõtradictiones aliæ oĩs simili sese ratione in futurum tẽpus, quo pacto & in reliquis habeant, illud adiecit/nõ similiter, simul per hoc significãs, quatenus hæ nõ simili prǽterea sese habeant modo si in dicta hypothesi capiant: nimirũ in eo ꝓ uerũ quidẽ oĩno ac falsum, nõ tũ distincte, sed indefinite disiungant. Necesse est enim lauari cras aut nõ lauari Socratem: atq; nec utrũq; fieri, nec neutrum potest. utrum autem ex ijs uerum fuerit, nequit ante rei exitum dignosci: siquidem & fieri & non fieri utrunq; potest illorum ob ipsam contingentis naturã hoc igitur breuiter nobis indicauit, cum/non similiter/dixit.

Nam si uel uera uel falsa affirmatio omnis, VIII
aut negatio est, omne quoque necesse est esse,
aut non esse. Si enim hic fore aliquid, ille idem
hoc non fore dixerit, necesse constat esse ue-
rum ab eorum altero enunciari: si affirmatio
omnis uel negatio uera est, aut falsa. haud enim Q
ambo simul erunt in talibus.

Vult his uerbis opinioni illi opitulari quæ contingens de medio tollit: ut ipsam quoad eius fieri potest confirmatam redarguat. Per hæc autem personam opinionis huius Assertorum sustinens, primum uelut sumptiunculam quandam arripit, necesse nimirum esse ex sermonum ueritate rerum essentiam sequi: ex falsitate, essentiæ priuationem: quod ipsi illud indicat, { Nam si uera uel falsa affirmatio omnis aut negatio est, omne quoque necesse est esse aut non esse. } Deinde à Contradictionis effato progredi tur: aitque necesse esse singulariũ ac contingentium propositionum quæ in futuro tempore sumuntur, ueram esse alteram: quoniam neque ambæ simul mentiri, neque simul ueraces ambæ esse possunt. Ex his autem, uerum non declarari ab ambabus, hic plane explicatur

uerbis

A uerbis illis, { Haud enim ambo simul erunt in talibus. } hoc est, non enim idem huiusmodi accidet ꝓpositionibus quod im præfinitis quę in contingente materia capiuntur. quippe simul ueridicas esse illas diximus: hæ simul uerum attestari non possunt: ne idem simul eidem & insit, & non insit: ut tum lauari postridie Socrati, tum non lauari. eas autem simul falso quoq; proferri non posse, adijciet in sequentibus. His itaq; abolitis, cũ ꝓbatum ea re sit uerum ab ipsis ac falsum diuidi, definite etiã hoc inquit fieri demonstrabimus, si duos aliquos ceu uaticinandi scientiam sibi uendicantes sumpserimus qui de quopiam singulari uelut ægroto diuinare contẽdant: atq; alter conualiturũ illum, alter non conualiturum prǽdicat. compertum est enim ueracem ex ijs necessario alterum esse, alterum mendacem. Ergo si uerum is præfatur qui conualiturum ipsum dicit, fore necesse est ut conualescat. quippe sumptum antea est sequi omnino rerum exitum ex sermonum ueritate. Quod si uerus is est qui negationem protulit, liquet fieri neutiquam posse ut ille sanitatem recipiat. Quapropter aut euenet res necessario, aut exi

B tum imposibilem obtinebit. sublatũ igitur est contingens.

Si enim verum sit aut album esse dicere aut
album non esse, necesse est album esse uel non
esse. etsi sit album vel non album, verũ fuit affir-
mare aut negare. atque nisi sit, mentitur: & si mẽ-
titur, non est. Quapropter necesse est affirma-
tionem semper vel negationem veram esse vel
falsam. Nihil ergo neque est, neq; fit neq; a fortu
na, neq; ab eo quod æque esse ac non esse posit:
neq; erit, aut non erit: sed cuncta ex necessitate:
nec vtrũlibet, aut enim qui affirmauit, aut qui ne
gauit uerus erit. nam fieret similiter, aut non fie-
ret. quippe ipsum, vtrũlibet, nihilo magis ita vel
non ita sese habet, aut habebit.

Aristoteles cum supradictam confirmare sumptiunculam

C uelit, nempe ex orationum ueritate, subsistentiam rerum, ex falsitate autem subsistentiæ priuatiouem sequi, hoc ita se habere demonstrat exemplis. siquidem orationes exemplis, quam illę quæ abs q; ijs pronunciantur, clariores fieri cõsueuere. Assumpta igitur est/enim/caussidica illic cõiunctio, { Si enim uerum sit, } ut intelligi ꝓpositum eorum daretur quæ in præsens dicuntur: hoc est, ꝓbationem ab his supradicti Theorematis cõtineri. Dicit autem, si uerum sit de quapiam re ut hac ueste, albam esse dicere, necessario albam esse illam: & si albam non esse, necessario nõ esse albam. Deinde quiddam per hęc supradictis adijcit: uultq; ad seipsam conuerti sumptiunculam, non solum necesse inquam esse ex ueris orationibus rerum sequi subsistentiam: sed ex subsistentia quoq; orationum ueritatem. ideò { Et si sit album } inquit, { Vel non album, uerum fuit affirmare aut negare } simul nos per hoc docens quod non ue

D rum est dixit, sed uerum fuit affirmare, id quod perspicue deinceps addet, non solum per id tempus quo res eueniunt atq; existunt, uerum de ipsis ita se habere, ut habent, sed ante exitum quoq; ueram de ijs prǽdictionem esse dicere. Assumitq; hoc necessario: quasi sibi ad sublationem contingentis futurũ usui sit: uimque omnem, uti intelligemus, argumentationis contineat. Hoc igitur uelut ex ratiocinatione colligens iure infert, { Quapropter necesse est affirmationem semper uel negationem ueram esse uel falsam: } subaudiendo nimirum /definite/aduerbio. idque merito. Nam si necesse esse album uel non esse, nec præter hæc est, sed si sit, uera definite de eo prænunciata affirmatio est: sin minus sit, negatio, ratione igitur optima uelut conclusionem intulit hoc supradictis consequentem. Quapropter necesse est affirmationem semper uel negationem ueram esse uel falsam. Postquam autem

E orationum ueritatem rerumq; subsistentiam inter se cõmeantes ostendit, prius quàm conclusionem quam diximus inferat, medium hoc interponit, falsitatem quoq; orationum rerumq; existentiæ priuationem per uices reflecti, cum inquit, { Atque nisi sit, mentitur: & si mentitur, non est. } Hęc cum ita sint, ipseq; ex prǽdictis sumpserit necesse alteram esse sibi mutuo cõtradicentium in futuro tempore singularium ac cõtingentium propositionum uerum definite expromere, alteram mentiri: quasi propter anticipata abolitio sequatur ex sese contingentis, { Nihil ergo neque est, } ait, { Neque fit neque ã fortuna, neque ab eo quod æque esse ac non esse posit. } per coniunctionem/ergo/nimirum præmissarum necessitate fieri significans ut contingens depereat. quo tripartito, unum/magna ex parte/appellatur: ut hominem nasci quinis digitis: aut in senectute canescere. rara enim sunt quæ non sese hoc pacto habeant. alterum/rarius/: ut fodiendo thesaurum offendere. tertium/ ex æquo/: ut lauari ac non lauari: uel ambulare & non

F ambulare. At sane circa id contingens quod magna ex parte nuncupatur duæ quædam habentur causæ, Natura atque Ars. quippe & naturam in rebus quas efficit recte opera defungi magna ex parte cernimus. rara enim sunt monstra. & artes ob subiectæ fluxibilitatem materiæ quandoque à scopo quidem aberrare: profiteri tamen probe sese plerunque obire quod moliuntur. haud enim ijs, nisi hoc pollicerentur, quisquam uteretur. Quamobrem asseuerat quoque Orator se magna ex parte persuasurum esse & Medicus fore plerunque ut ægrotum sanitati restituat. atque alius quilibet Artifex suum finem utplurimum assecutum iri. Circa rarius contingens hæc duo uersantur, Fortuna & Casus. eoq; inter se differunt, quod à fortuna profectum iuxta aliunde niti & pendere, ac prǽter opinionem raróque superuenire ijs fertur quę per prǽlectionem fiunt: hoc autem perinde est ac si hominum operibus dixeris. uocatur enim in solis hominibus prǽelectio: quos consulere, atque hoc præ illo eligere natura uoluit: cum neque consilio nobis præstantiores egeant, neque cõsulere brutæ animantes possint. Quod ergo à fortuna prodijt, cum ijs, uti diximus, quæ prǽelectionem geruntur: quòd autem casu prouenit, cum ijs quæ secundum naturam fiunt subsistit. Si enim nostrum quispiam ut amicum conueniat progressus cuidam librum uendenti occurrerit quem non dudum exoptauerat, atque illum coemerit, fortuna incidisse in illum dicitur, eundemque emisse: propterea quoniam librum emere simul cum quadam extitit prǽelectione quæ nos ad progressum commouit: superuenitq; extrinsecus, à nulla definite proxima causa effectum. quippe & balneas petens librum emere, uel deos precaturus, aut spectaculum quodpiam uisurus potuisset. Sin ex terræ concussione diducta eius parte aquæ fons qui prius non fuisset eruperit, aut qui fuisset deperierit, non fortuna, sed casu ortus fons esse dicetur, aut interijsse. & si de sublimi quopiam delatus loco situm eum acceperit lapis ut fessioni uerbi gratia aptus euaserit casu non fortuna sedile esse perhibetur: siquidem accidens hoc non cum prǽelectione, sed cum illius naturali impetu prouenit quo superne deorsum proruit. Circa uero æqualiter contingens sola prǽelectio uersatur: ut progredi uel non progredi: & disputare uel non disputare. atque sola species hæc contingenti utrumlibet uocatur, ex eo quod nihil in hoc plus aut minus existentia eiusdem priuatione habeatur: sed pars utrauis contradictionis euenire similiter possit. Itaque contingente, id quod diximus, tollendo, { Nihil ergo neque est, } inquit, { Neque fit neque à fortuna, neque ab eo quod æque esse ac non esse posit. } hoc est, Nihil ergo neque nunc iam siue ut rarius, siue ut æqualiter contingens euenit: neq; unquam in posterum eueniet. Deinde & cõmunem contingentis omnis abolitionem faciens addidit, { Neq; erit aut non erit. } quippe omne contingens eo differt à necessario eueniente atq; impossibili, ꝓ necessarium fore dũ taxat dicimus: & impossibile solum non fore: contingens au-

I tem,uel fore,uel non fore. Nihil ergo neq; est ait, neq; fit contingentiũ modo. { Sed cuncta ex necessitate: nec utrũlibet. } postea uelut causam eam nobis ad memoriam reuocans qua contingere hęc uisa sunt, subdit, { Aut enim qui affirmauit aut qui negauit uerus erit. } Quod si horũ alter uerũ finite explicabit: propositionem autem cõtradictionis alteram, si uerum distincte enunciet, contingentis exitium sequebatur, liquet cõtingens tum aliud, tum quod eius uelut centrum est /utrũlibet/ quod Aristoteles pro omni contingente accepit, ex rerum natura abolitum iri. Quod si quam obtineret subsistentiã, { Fieret similiter aut nõ fieret. } Hoc enim utrũlibet uel eẽ uel fieri arbitramur { Quod, nihilo magis ita uel nõ ita sese habet aut habebit. } ac sanè uerbum /habet/ de eo uidelicet quod factũ est, iamq; in essentia existit /habebit/ autem de eo quod faciendum obueniet dicimus.

X Item si album nũc est, verum prius fuit album
K fore affirmare. quãobrem uerum fuit semper ex ijs quodlibet quæ facta sunt esse aut fore dicere. sin autem eẽ dicere aut fore semper verum fuit, non potest hoc non esse neque non fore. at quod non fieri nequit, impossibile est nõ fieri. quod nõ fieri est impossibile, necesse est fieri. ergo q̃ erunt vniuersa fieri est necesse. itaque nullum erit vtrũlibet, nihilq; fortuito. nam si quidquã a fortuna, non utiq; id ex necessitate fuerit.

Quæ supra minus perspicue dicta sunt ut ab acceptis in futurum tempus de quibus agitur propositionibus uerum distincte diuidi ac falsum probaret, cui ex sese consequens erat nullũ contingenti inter ea quæ sunt locum relinqui, uult per hæc nobis apertius tradere: ac maiore studio rationem deducit. iccirco uelut ab alio principio argumẽtationem moliẽs, { Item si
L album, } inquit, { nunc est: } ut si infans editus modo sit, uerum fuit pridie dicere, albũ postridie ortum iri infantem. neq; id pridie magis quam prius quantolibet tẽpore. (nam quę sors hæc fuerit?) quod autem semper p̃dicẽtes fore uere loquimur, hoc non fore nequaquam potest: quemadmodũ nec quod esse dicentes uere affirmamus, hoc potest nõ esse. fieri ergo non potuit quin albus infans nasceretur. quoniam uera de ipso quoq; in infinito anteq; cepto tempore facta est diuinatio. { Quod enim, } inquit, { Non fieri nequit, impossibile est non fieri. q̃d non fieri est impossibile, necesse est fieri. } eoq; promouet rationem, ut, quod ipse statuerat, omnia probet necessitate contineri. idq; ex propositionibus quæ magis perspicuę sunt, magisq; conceduntur: ac tantũdem illis ualent in quas transmutãtur. Nam & hæc /nequit non fieri/ & illa /impossibile est non fieri/ eodem pertinent. & hæc /impossibile est non fieri/ cum illa, /necesse est fieri/ eodem referũt: quemadmodum & hæc /impossibile est fieri/ atque illa /necesse est non fieri/ in idem conueniunt. magis tamen ab hac /impossibile est non fieri/ utpote
M euidentiore, quam ab illa /, necesse est fieri/ cõmouemur. Quapropter Medicus quoque cum necesse exempli causa ægroto esse, si sanare uelit, uenam secari dixerit, quasi rationem quæ id confirmet, magisq; permouere ad credendum debeat, subiungit, eum nãque impossibile est uena non secta consanescere. Quocirca merito, inquit, dicebamus { Quæ erunt uniuersa fieri est necesse: nihilq; neq; fortuito, } neq; alio contingentis modo. Cęterum aduersus hanc argumentationem dicendum est, quod exitum nunc obtinuit ac iam factũ est, uerum non fuisse ante exitum omnino album fore dicere. haud enim quoniam id in ipsum esse à tempore est depromptum, iccirco ex necessaria ipsum præmolitione factum esse putandum est. Quapropter ex ijs qui de illo præsagiunt non uerus is erit qui necessario fore album dicit: sed qui totũ hoc, ipsum contingenter euẽturum prænunciat. Hoc si sit, constat fieri quoq; ut non eueni-
ret potuisse. non enm ipsum contingenter esse euenturum ue- N
rum aliter fuisset. Ne ergo qui hæc agutantur ab eo quod iam euasit id quod adhuc expectatur iudicent: sed ipsum nondum euasum seruantes, quærant an nec necessario sit euasurum. haud enim demonstrare id poterunt: ut post ipse nos aperte Aristoteles docebit.

At vero nec neutrum dicere esse verum licet: XI
vt neq; fore neq; non fore. Nam primum si falsa affirmatio sit, non vera erit negatio: & si falsa sit hæc, affirmationẽ accidit veram nõ esse. Ad hæc quoq; si verum sit album esse simul dicere ac magnũ, ambo sit oportet. quod si cras fore, cras erit. sin vero neq; erit cras, neque non erit, vtique non ipsum erit vtrumlibet: vt prælium nauale: nam neque committi nauale prælium, neque non com- O
mitti oporteret.

Quoniam supra ad contingentis abolitionem sumpsit, à p̃positionibus de quibus tractatur uerum definite ac falsum dirimi, sumpsit autem hoc propterea ꝙ simul ueræ esse inter se nequeant, id quod uerbis illis dicebatur, haud enim ambo simul erunt in talibus, ac suspicari quis poterat, necesse nequaquam esse simul ueras esse eas, aut uerum falsumq; discernere, quippe & simul posse mentiri, ob id nunc ostendere nec simul has mentiri propositiones posse instituit: quod non solum nec quicquam ita dicere uolentem ad contingens introducendum iuuat: sed & alioquin fieri neutiquam potest. Nam uel eadẽ hypothesi ostendetur rem eandem & euenire necessario: & exitũ obtinere impossibilem. Itaq; ne hoc quidem dici posse ait, singulares contingentesq; propositiones simul inter se in futuro tempore esse mendaces: id quod uerbis illis indicauit, { At uero nec neutrum dicere esse uerum licet. } quoniam primum, P
inquit, contradictionis dignitatẽ tollemus: à qua omnes, utpote euidentissima, demonstrationes depromimus. Ad hæc autẽ usu ueniet rem simul eandem neq; ideo fore, quoniam fore illã dicens affirmatio mentitur: & rursus fore: quoniam fallit negatio quæ non fore ipsam pollicet: quãobrem erit ipsa ex necessitate, atq; ex necessitate non erit: quo quid monstrosius? Vt autem hoc colligat, sumptiunculam eam iterum nobis ad memoriam reuocat quæ ex orationum inquit ueritate rerũ sequi euẽtum, idq; non in præsenti tempore dũtaxat, sed etiam futuro. Siquis enim uere prædicat album cras infantẽ magnumq; nasciturum, cras nasci oportet infantẽ ambobus ijs quæ diximus præditum. Itaq; suppresso horum consequente, ꝙ res quoque non sint, id ex falsitate sequi orationũ, quasi id prius iam simul cum hoc præcepto tradiderit, quod omisso consequens est colligit: atq; inquit, { Sin uero neq; erit cras, neq; non erit, utique non ipsum erit utrumlibet } idest sin autem falsæ simul id genus erunt propositiones, uel hoc pacto cõtingens abolebitur. Q
abolebitur uero propterea quoniam simul euenit res necessario, exitumq; obtinet impossibilem.

Hæc igitur aliaq; incõmoda id genus accidũt, XII
si affirmationis omnis ac negationis, siue in vniuersalibus vniuersaliter, siue in singularibus dicãtur, alteram necesse est oppositarum ueram esse alteram falsam: nullumq; in ijs quæ fiunt eẽ vtrũlibet: sed esse fieriq; ex necessitate oĩa. Ergo nec consulere opus esset, nec quidquã moliri: ut si hoc fecerimus, futurum illud est: hoc nisi fecerimus, illud non erit. Nihil enim prohibet quin & decẽ ante ãnorum millibus hic fore hoc affirmauerit,

ille

A ille non fore: vt vtrum ex ijs verum dictu tunc fuerit, id ex necessitate sit futurum. Atqui nihil hoc refert siue dixerint nonnulli contradictionem, siue non dixerint. nam res ita sese habere compertum est: quãuis non hic quidquam affirmauerit, ille negauerit. Neq; enim p̃pterea quod affirmatum vel negatum sit, erit aut non erit. nec magis decem ante annorũ millibus quam quãtolibet tempore. Quapropter si ita se vniuerso habuit tempore ut uere alterum diceretur, hoc fieri necesse fuit. ac quę fiunt singula, ita sese ut necessario fierent perpetuo habuere. Nam & siquis fore uere affirmauit, non potest nõ fieri: & semper verum fuit dictu id quod factum est fore.

B Inspicere ab initio propositum erat an omnis contradictionis quæ in futuro capitur tempore uerum explicite ac falsum propositiones diuidant. Pluribus uero ostensum est huic consequens esse explodi contingentis naturam: cum eueniant alia necessario: quædam impossibilẽ exitum obtineant: nihilq; in nostra repositum esse uoluntate: quæ post hac absurda esse demonstrari oportet, atq; euidẽtiæ repugnare. Itaq; rationem omnem complectens hoc loco Aristoteles, tum propositi ab initio problematis meminit, tum quædam adijcit quę ex eo sequi demõstrauit: eaq; uocat incõmoda: quãuis incõmoda esse necdum ostenderit: nimirum cõmunibus animorum utens notionibus: ac uelut absurdam esse probaturus illico eam rationem quę contingens tollere conatur. Hanc porro à duplici loco redarguit; atq; impossibilia ea nunc ostendit quæ ex ipsa cõsequuntur: paulopost uero & ea criminatur quæ falso ipsamet sumpsit. Quippe & ipsam per se rem quali prædita natura sit demonstrare oportuit: atq; in natura rerum esse contingens dicere, eos nãq; impossibilia cõmitantur plura q̃ summouere illud nituntur: constareq; ipsum euidentia demonstrat. & præ-
C terea supradictã riatonem inualidam ostendere quæ addicere omnia necessitati, contingensq; ex rerum natura tentat exigere. Per hæc igitur ea demum tradens impossibilia quæ contingens perimentibus cõsequentia sunt, siquis omnem, inquit, cõtradictionem similiter se omni tempore habere ad uerum falsumq; diuidendum censeat, neq; à diametricis tantum angularibus, quas uniuersales uniuersaliter solet nominare, uerã semper alteram definite propositionum, alterã falsam in omni materia, sed à singularibus quoq; haberi, ex quo de medio tolli cõtingens sequebatur, inanem naturæ, quæ consilij nos compotes fecit laborem accusabit. Constat enim si nihil arbitrarium sit, fore ut frustra de ijs inire consilia aggrediamur quæ in nostra uoluntate posita sunt: ac simile quid faciamus ijs qui quo modo oriatur Sol, aut non oriatur consultant. At uero nos frustra consilio pollẽtes à natura factos esse dicere, prorsus ratione uacat. nam et hoc ipsum per se geometricis inquit necessitatibus demonstratum est, nihil frustra à natura fieri. atq; euiden-
D tia omni citius demonstratione confitetur. Quin & ij ipsi qui omnia necessitate cogunt, & contingens exturbant, ipsam rursus omnino naturam esse fatebuntur, quæ ut ipsi aiunt, definite omnia atq; ex necessitate, nihil temere faciat. Quãobrem quo pacto ridiculum non sit & nihil dicere in nostra facultate relinqui à natura, & nos ab eadem cõsultoria ui præditos fieri: quasi pro nostro arbitratu aliquid agere uel nõ agere nobis liceat? Siquis enim cogitatione illam perinde uti atque instrumento ad actionum exitum dicat, uerum nos oportuit respondebimus à nobis ipsis ad eas actiones eẽ incitatos ad quas impulit natura: quemadmodum usu uenire ijs cernimus quæ certo ad suos fines tendunt itinere naturæ motu agitata. Quo sit ut nos quoque cum aliqua in arte quidquam agentes naturam imitamur, non contemur consulendo, si perfectam promptamq;
artis notitiam teneamus: id quod naturam imitaturo suppetere E
est necesse. Ergo si necessitati deberentur omnia, { Nec consulere opus } ĩquit { esset, nec quicquã moliri. } hoc est actionũ principia aggredi: ut si cogitemus ex Aegypto Athenas nauigare, in portum descendere nequaquam oporteret: nec nauem quærere: nec sarcinulas importare. nam uel si nihil ex ijs curauerimus, necesse nos foret Athenis esse. Deinde modum etiam nobis eum describens quo agitare cõsilia solemus, { ut si hoc } ĩquit { Fecerimus, futurũ illud est: hoc nisi fecerimus, illud non erit. } Si enim propositum uerbi gratia sit eo loci p̃ficisci quo nauigio peruenire ac iumento possis, cõsulimus uter eligendus magis sit eo perueniendi modus: ac quę utrũque sequuntur cõmoda uel incõmoda alterum alteri conferendo uicissimq; compensando ęstimamus: illum enim qui plus cõmodi afferre, uel minus uidetur incõmodi, magis eligimus. Sic uero & Poeta intellexisse Achillẽ inquit si in Troia maneret bellum gereret, moriturum se breui: atq; insignem gloriã adeptu-
rum. sin à bello discederet, ocioq; frui in patria mallet, uicturũ F
quidem diu, sed ingloriũ futurum: atq; gloriam senectuti pręttulisse. Deinde nos rursus eius cõmonens argumẽti quo amoueri contingens uidebatur, duorum quorũdam inquam contradictionem pędicentium, explicite uerum alterum pronunciare: ac propterea quod locutus ille est euenire. quod incõsulto effari quis potuisset, argumentum refutare se posse existimans, his uerbis, sed nihil gestum huiusmodi est: neq; de re tanquam euẽtura quisquã pędixit, ut etiam ubi uero illi esse concesserimus, necessario rem euenisse affirmemus, hoc positum carpit: atque non recte dici ostendit. haud enim euenire propterea rem arbitrabimur ꝙ ij uere præmoneant qui ante eius exitum euenire illam prodiderũt: sed contra propter rei naturam uera est quæ de illa p̃dicatur oratio. Nam, ut in prædicamentis quoq; explicatum est, tametsi hæc inter se reciprocãt, rei natura & uera de ipsa oratio, non tamen oratio res ut sit facit: sed ut uerax oratio sit in causa est rei essentia. Quapropter si nihil minus habet exitus rei tametsi actu prædicta non sit oratio quæ euenturam il-
lam esse pollicetur, ueræ prædictiones erunt omnes de ijs quæ G
contingenter fiunt si ante euentum uel actu uel potestate enũcientur. hoc autem si ita se habeat, euenit earum quælibet necessario, nec potuit illa non euenisse.

Quod si hæc esse nõ possunt, (cernimus enim XIII
tum a consulendo, tum a quopiam agendo principium esse futurorum: esseq; in ijs omnino quæ non semper agunt ipsum, possibile esse, similiter ac, non esse, in quibus ambo &, esse, &, non esse, contingunt: quamobrem, fieri, etiam atque, non fieri/. Atque ita multa se habere nobis conspicuum est: vt vestis hæc verbi causa dissecari potest, nec dissecabitur: sed ante deteretur: potest & non dissecari similiter. haud enim illi suppetijsset antea deteri nisi non dissecarj potuisset. H
quare & in cæteris rebus faciendis quæcunque per huiusmodi potestatem dicuntur) constat igitur neque esse, neque fieri ex necessitate omnia: sed alia esse vtrumlibet. nihiloq; magis affirmationem vel negationẽ veram aut falsam fuisse. Alia magis magnaq; ex parte alterum: quãquam fieri & alterum potest, alterum minime.

Cum superius impossibilia ea nobis tradiderit Aristoteles quæ contingens adimentes cõmitantur, frustra nimirum deliberare: frustra demũ aggredi res agendas: ac quęcunq; ijs cõsequẽtia sunt: ut frustra acceptũ q̃busdã referre ꝙ nobis opitulẽtur: aut alios uelut nobis refragãtes accusare, frustra nõnullos,

I ut bonos laudare:uel ut malos uituperare.inania quoq; esse no
mina illa uulgo celebrata,uirtutem ac uitium.(ubi enim locus
dari ijs potest,si nihil nostrę uoluntatis est:sed nos,ut aiunt illi,
ad quædam hæc agenda ex necessitate ducimur: quæ & à ra
tione uidelicet plane abhorrent:et uniuersam hominum uitam
funditus euertunt)per hæc recta quoq; ex ipsa rerum euiden
tia instituit & in rebus contingens esse,& in quibus sit ostende
re.nempe non in sempiternis, sed in solis ijs quæ ipsum esse in
ortu atq; interitu obtinent. Quod igitur magnam ad res admi
nistrandas uim habeat consultatio, multaq; ex ijs quæ sunt no
stræ uoluntati debeantur, quæ gesta nequaquam fuissent, nisi
consilium nos de ijs cepissemus, uiasq; iniuissemus illarũ euen
tus, ostendit à uestis exemplo:quam prout nobis libet,uel scin
dere possumus,uel integram atq; inconscissam seruare: donec
uel utendo ac gestãdo deteratur: uel etiam in usum non adhi
bita reponatur:ac spatio temporis putrescat. constat autẽ fore
ut & in alijs sæpe innumeris eædem rationes conueniant.quo
K circa perspectum est eorum omnium potestatem quę ita fiũt,
nobis à natura datam.q̃bus significandis Aristoteles, { Tum
à cõsulendo,tum à quopiã agẽdo principium esse futurorũ }
dixit:cõmunius nunc nomine usus futuri de eo quod nondum
euenit,potest autẽ,nisi quid uetet,euenire. per id autẽ qd' agẽ
do quopiam dixit,id declarans quod est operationis principia
aggredi:quod prius/moliri/appellabat. Cęterum quibus in re
bus essentiam contingens obtineat, breuiter docuit, cum ait,
{ In ijs esse quę non semper agunt. } quod perinde est ac si in
ijs quæ sunt quandoq;,alias uero non sunt dixeris.hęc enim cũ
inter ea quæ semper sunt atq; illa quę semper non sunt,media
habeantur,quatenus agunt,prorsus ab ijs different quæ semp
non sunt.ut uero non semper agentia, dissidebunt ab ijs quæ
semper sunt,semperq; agunt. Quę autem sint non semper agẽ
tia,breuiter rursus docuit:atq; inquit { In quibus ambo et esse
& non esse contingunt. } hoc est in ijs quę in generatione atq;
interitu sunt.Nam neq; ex ijs quodp'am quæ semper non sunt
L agere unquam potest.(quomodo enim id queat cui ne esse q-
dem natura concessit?)neq; ex ijs quæ semper sunt potest ali-
quod quandoque non agere: quippe si semper sit, patet per-
fectum semper esse: suamq; ipsius essentiam habere secun-
dum naturam. neque enim sempiternum esse aliquin posset.
quòd si semper eiusmodi sit, omnino substantialem: actum
quendam obtinebit quo ipsum semper agere est necesse: ne
si uel quouis tempore actus expers maneat, irritam atque
inanem suam ipsius naturam ostendat: atque ipsum frustra
ijs quæ sunt annumeretur. Quapropter entia illa quæ par-
tim sunt, partim non sunt, expressit, ab eo quod non semper
agant. Competit hoc igitur contingentibus omnibus, posse
& esse, & non esse. quocirca & ante illorum exitum ijs posse
& fieri & non fieri competet. Sed ex ipsis alia similiter ad hoc
se habent, ut & sint & non sint: quare ad id quoque ut fiant
atq; non fiant: ea nimirum quæ in nostra prælectione posita
sunt,atq; utrũlibet uocãtur. Alia uel eo magis declinant ut sint
ac fiant: uocanturq; magna ex parte contingentia: uel ut non
M sint,neq; fiant:ac rarius contingentia nuncupantur.quę utraq;
cum significare communiter uoluisset { Alia magis magnaq;
ex parte alterum, } dixit, { Quãquam fieri & alterum potest,
alterum minime. } Habet enim quod sic uocaẽ magna ex par
te contingens euentum ipsum hoc quod/magna ex parte/no-
mino:cum tamen & non euenire,quãuis rarius quam euenire
possit.Rarius autem contingens,quod nõ euenire plerũq;,eue
nire tamen etiam potest:quãquam rarius quàm non euenire.
Nobis igitur/magna ex parte alterũ/ipsius esse uidelicet ac nõ
esse illud permittens,atq; huic oppositum & rarius, quod ipm
quoq;/alterum/appellauit,ad id quod est non esse ac esse ut lu
bet accõmodare,dictiunculis ijsdem cõplexus est ea quę plu-
rimum inter se distant significata cõtingentis,quod magna in-
quam ex parte,ac rarius euenit.Constat autem perinde atque
res enunciationes quoq; de ipsis sese habere ad ueritatem aut
falsitatem indicandam.

Necesse est igitur id quod est esse quando est: N.
& quod non est,quando non est,non esse.non ta XIIII
men nec quidquid est necesse est esse:nec quod
non est necesse est non esse.haud enim est idem
id quod est uniuersum,quoniam est, ex necessi-
tate esse:& simpliciter esse necessario. similiter &
in eo quod non est. Eadem & in contradictione
ratio habetur: esse quidem necesse est omne vel
non esse:& fore vel non fore:non tamen diuisio-
ne facta dicere alterum est necesse. id vero in-
quam, vt necesse est fore cras nauale prælium,
vel non fore.non tamẽ necesse est committi cras,
neque non committi nauale prælium. committi
vero aut non committi necesse est. Quapropter
quoniam perinde atque res,verę sunt orationes, O
patet quo pacto se habent quæ ad vtrũuis decli-
nant,admittuntque contraria,necesse quoq; esse
similiter sese habere contradictionem: quod in
ijs quę non semper sunt, aut nõ semper non sunt
vsu venit. Quippe horum necesse est partem al-
teram veram esse contradictionis aut falsam. nõ
hanc tamen, aut illam: sed vtra euenerit. ac ma-
gis sane veram esse alteram: non iam tamen, ve-
ram aut falsam.Itaq; exploratum est necesse non
esse affirmationis omnis ac negationis opposita-
rum alteram ueram, alteram falsam esse. Non
enim ut in ijs quæ sunt se res habet, sic in ijs etiã
quæ non sunt,esse autem possunt uel non esse:ve P
rum eo quo dictum est modo.

Propositionum hoc loco est, ipsam,id quod restat, infirmã
ostendere rationem quæ eliminare contingens uidetur: nihilq;
necessarij colligentem.Hæc autem inde promouebatur quod
ex illis quæ iam euenere,ea quæ nondum adsunt iudicanda eẽ
censebat. Cum enim sumpserit, si album quidpiam nunc sit,
necesse uerum esse illum qui de eo ipsum hoc.i.esse album di-
cit:neq; nunc modo,sed etiam in antegresso omni tempore ue
rum fuisse albũ fore p̃dicere:ceu nihil hoc illo differat:quodq;
exacto tempore uniuerso uerum fuit album fore affirmare,fie
ri necesse esse, quæ fiunt omnia fieri ex necessitate colligi par
esse arbitrabatur. Aduersus hãc igitur rationem artificiose ad-
modum per hęc insurgens Aristoteles,priusquam enunciatio-
nes eas declaret quæ in futurum tempus fiunt quomodo ex ne
cessitate id habeant quod uerum explicent: ac quo pacto non
habeant de ijs quæ in presenti fiunt tempore prius differit:atq;
à rerum natura discrimine eorum sumendo, quoniam ueram Q
oportet orationem rei de qua pronunciatur ex necessitate con
sonam esse, duplex necessarium eẽ inquit: alterum simpliciter
ac proprie dictum:quod semper inest subiecto: quasi nec sine
ipso constare subiectum possit:ipso nimirum/semper/uel secũ
dum infinitum tempus capiendo:ut in æternis:ceu cum ex ne
cessitate Solem dicimus moueri:aut angulos esse triãguli duo
bus rectis æquales: uel quoad subiectum extiterit:sicut cũ ca-
lidum esse ignem hũc asserimus:aut Socratem esse animal. Al
terum non huiusmodi:sed cum hac præfinitione adhibita,usq;
dum prædicatum ab eo qui ita se habere illud dicit uere fuerit
proditum:absolute autem non item: seu sempiternum subie-
ctum,seu corruptibile sit. Nãq; à nube seu luna,ex necessitate
Solum obscurari quoadusq; obscuratur uerum est:nõ simpli-
citer.& te sedere ex necessitate uel ambulare usque adeo uerũ
est donec aliquod tibi ex his adest unũ: haud uero etiam sim-
pliciter,seu proprie,ac sempiterne.nam neq; semper ambula-
mus

A mus aut sedemus:neq; quoad ipsius esse sumus participes.Ea
dem & in eo ratio habetur quod ex necessitate non est,duplex
enim hoc quoq;:alterum absolute:ut non esse diametrum cõ-
mensurabilem lateri:uel Solem minime motu cessare:aut ignẽ
hunc frigidum non esse,Alterum quousq; non sit prędicatum,
ut ex necessitate non ambulare, cum non ambulat. nam uerũ
hoc absolute non est:sed usquequo non ambulat.quoniam fie
ri nequit ut qui non ambulat, cum non ambulat, etiam simul
ambulet.Habes q̃; in his propositionum penes materias tradi-
tam differentiam.Nam quod simpliciter est necessarium signi
ficat:quod simpliciter non est,impossibile.quod uero eatenus
est quoad subecto p̃dicatum incumbit, atque non est quoad
non inest,contingens designat. His distinctis Aristoteles non
secus atq; in ijs quæ de rebus prodita sunt,à ueritate inquit ora
tionum haberi necessarium. Quippe ex ijs alias ex necessitate
esse ueridicas per id quod absolute necessarium uocant,in qua
B libuscunq; enuncient rebus,siue æternis,siue corruptibilibus:
siue existentibus,siue non existẽtibus:uelut eas quæ integra cõ
tradictione proferũtur: quale est uel ambulare Socratem:uel
non ambulare.hoc enim totum uerum sit necesse est, non si sit
modo,uerum nisi etiam sit Socrates:& uel calidum eẽ ignem,
uel non calidum.quãquam in talibus propter rerum naturam
accidat partem alteram explicite uerã esse cõtradictionis,nec
contradictionem dũtaxat integram. Aliæ igitur inquit oratio-
nes per absolute necessariũ id ita hũc q̃ ex necessitate uerũ p-
fitentur.aliæ mõ altero:quousq; adsit uel nõ adsit p̃dicatũ sub
iecto:ut ex necessitate ambulare,uel ex necessitare non ambu
lare Socratem.ita nãq; necesse est uerum habeãt orationes,id
quod affirmat Aristoteles,prout naturam obtinent eę res quę
ab illis indicantur.quandoquidem & orationes sunt interpre-
tes rerum:ob idq; ipsarum imitantur naturã: ut Plato nos an-
te Aristotelem docuit.Sed quid hæc ad rem dixeris: ac quonã
pacto per hæc labefactatur ea ratio quæ tollere contingens ui
C detur? Quoniam inquiam si id quod ex necessitate uera sit per
absolute necessarium omnis haberet oratio,merito qui contin
gens ea occasione de medio tollunt q̃ cõsentaneas rerum euẽ
tui orationes de ijs pronunciantes quæ iam euenere, ex neces-
sitate ueras esse conspiciunt,eas quoq; sumerẽt orationes quæ
ante euentum res euenturas esse affirmant uerum ex necessita
te obtinere:accideretq; re uera contingens hoc pacto aboleri.
At hoc quoniam,uti diximus,integræ suppetit contradictioni,
eius uero partibus,in quibus alias inest prædicatum subiecto,
alias non inest,nequaquam præterea, patet ab ijs quod sibi p-
ponunt haudquaquam colligi: id q̃d ipse exẽpli gratia necesse
est inqt.oĩno cras uel cõmitti uel nõ cõmitti nauale p̃lium:non
tamen si diuisione facta, partem etiam alterã dũtaxat contra-
dictionis dixerimus, certo fore omnino ꝓnunciabimus: aut o-
mnino non fore Necesse igitur esse constat ab ijs orationibus
quæ de contingentibus enunciant(ea autem extremorum sub
latione indicauit,necessarij inquam atq; impossibilis:quorum
D alterum qd̃ semper est,alterum quod semper non est appella-
uit)partem alteram definite ueram contradictionis haud om-
nino haberi:quod propositum ab initio nobis fuerat pensitan-
dum:sed haud ambas falsitatis ueritatisq; similiter receptrices:
uelut eas quæ de æqualiter contingentibus enunciant:aut alte
ram prodendæ magis ueritati,alteram falsitati asserendæ ma-
gis idoneã: neq; tamẽ ueram semper ueram:neq; falsam per-
petuo mendacem.id quod uerbis illis indicauit, { Non iam ta
men ueram aut falsam. } Planum est autem in eo quod ma-
gna ex parte uocatur contingens,ueram magis affirmationem
esse:in eo quod rarius, negationem.

XV Quoniam autem ea est affirmatio quę aliquid
de quoquam significat, atq; hoc vel nomen est,
vel id quod vacat nomine,vnum autem id sit ac
de vno quod in affirmatione est oportet,nomen
vero quodq; expers est nominis ante proditum

est(nam ipsum hoc, non homo, non nomen uo- E
co,sed Infinitum nomen.quippe vnum quodam
pacto & ab infinito nomine indicatur. quemad-
modum & non valet non Verbum,sed verbum
infinitum,)vtiq; vel ex nomine & uerbo, vel ex
infinito nomine & verbo affirmatio omnis nega
tioque constabit.nulla autẽ sine verbo affirmatio
est, neq; vlla negatio. Nãq;,est,vel,fuit,vel, erit,
vel,fit,vel alia quæcũque id genus verba ex eo-
rum quæ posita sunt numero habentur. adsigni-
ficant enim tempus. Quocirca prima erit affir-
matio atq; negatio hæc,est homo:non est homo/.
Deinde,est non homo:non est non homo/. Rur-
sus,est omnis hõ:non est omnis homo. est omnis F
non homo:non est omnis nõ homo/.eadem & in
exterioribus temporibus ratio est.

Cum subtiliter undecũq; ex subiecto & prædicato consisten
tium ꝓpositionum quarum finitum subiectum est præceptio
nem confecerit,addit per hæc quotquot illæ sunt numero,ne-
cessario totidem alias ex subiecto rursus & prædicato propos
tiones fieri:uerum non finito etiam subiecto existente: sed infi
nito.Subiectus igitur si uel finitus uel ifinitus capiatur,idemq;
prædicatus sit,species diuersas efficiet tum affirmationum,tũ
negationum.Prædicatus uero alias finitus acceptus alias infi-
nitus subiecto eodem manente,neq; affirmationes neq; nega-
tiones faciet diuersas. Constat enim si finitus is sit, affirmatiuã
necessario ꝓpositionem esse.sin infinitus,negatiuam uel nega
tioni potestate æqualem.in singularibus,negationem omnino
quæ affirmationi contradicit.in impr̃finitis, negationem rur-
sus omnino:non tamen contradicentem prorsus affirmationi: G
sed eam quoq; interdum quæ illi potest consonare. in p̃finitis
uero,nec puram, q̃ ad uocẽ attinet, negationem: sed puræ tã-
tũdem negationi ualentem.rursus in particularibus uel cõtra-
dicentem:uel concordantem:uelut in impr̃finitis.in uniuersali-
bus,aut contradicentem,aut contrariam:prout antea differui-
mus Quadere iure affirmat Aristoteles per solã subiecti diffe-
rentiam permutari species id genus contradictionum Cęterũ
nequis ne fieri quidem ex infinito subiecto propterea putet ꝓ-
positionem,q̃ (ut supra explicatum est)unum subiectum prę-
dicatumq; unum,ab una propositione haberi eporteat, unum
autem non nomine,uerum significatione,id quod infinito non
competit nomini(unum enim id tollens quod à finito declara-
tur,omnibus p̃ter ipsum congruit)iccirco exhibet quoq; Phi-
losophus huiusce difficultatis intelligentiam: nosq; memores
reddit in una affirmatione unum esse p̃dicatum: ac de uno sub
iecto prædicari oportere: ostenditq; propositionibus quoque
id subesse illisq; ex subiecto influito consistunt,cũ ait, { Quip
pe unum quodam pacto et ab infinito nomine indicatur. } ne H
que illud/quodam pacto/superuacue adiecit:sed ut non natu-
ram unam significare quẽadmodum finitum ostẽderet. Nam
illud nisi æquiuocum sit,uel genere unum significat:uel specie:
uel numero: quorum finitum est quodlibet: at infinitum non
ita,uel si ipsum singulariter ꝓferamus, dicamusq;:/nõ homo/:
sed cõmunicationem dũtaxat eorum inter se omnium quæ p̃-
ter id sunt quod à finito significatur:hoc ipso q̃ ipsorum nullũ
id sit quod est illud.ideo singulariter quoq;/infinitũ/dicit.Por-
ro nomen hoc iure nominis expers appellauit, ut indicaret pri
uatiuum ab ipso eius declarari quod à finito significatur no-
mine.Quoniam uero huius nunc primũ nomine carentis me-
minit subiecti,iure hoc esse illud monet quod prius sub infini-
ti nominis appellatione tradidit:ubi uerbi: quoq; infiniti nobis
intelligentiam exhibebat.Series autem conspicua est dictionis
quãquam innominati subiecti præceptione interiecta reddi-
tionem multopost facere cõpulsus est.habet enim hũc in mo-

dum, { Quoniam autē ea est affirmatio quæ aliquid de quoquam significat, atq; hoc uel nomē est, uel id quod uacat nomine, utiq; uel ex nomine & uerbo, uel ex infinito nomine & uerbo affirmatio omnis negatioq; constabit. } Hoc autem uidelicet de affirmatione dicitur simplicissima, ex solo subiecto ac prædicato solo constitura: de qua ei quoq; in præsentia docere propositum est. Quo fit ut quærēdum minus sit quonam hoc pacto conuenire uel ex tertio appredicato confectis queat affirmationibus: uel cum modo cōiunctis: Sed quomodo subnectit his deinceps, nullam sine uerbo non affirmationem solum, sed etiam negationem eē: si ex infinitis uerbis negationes fieri accidit? An quod Alexander inquit respondendum est, infinitum & id quod de subiecto uerbum negat negationemq; efficit, esse eadē subiecto quidem: inuicem tamē respectu quodam pacto differre. Itaq; hoc quod /non ambulat/ dico, si per seipsum pferatur, infinitum erit uerbum: ceu quod uelut unū quiddam spectetur: partemq; in se significatiuam, ut ante proditum est, nullam obtineat. At in negatione quæ /Socrates inquit non ambulat/ non exacte loqui diceremur, si, non ambulat/ infinitum uerbum esse uellemus: uerū magis si finitum per se uerbum de subiecto negatiue pdicari: ac per negatiuam particulam sic ab ipso disiungi, ut /non ambulat/ hoc loco non ut unum amplius, sed ut duo capiatur: negatiua nimirum particula discretum ā subiecto prædicatum esse ostendente. Fortassis uero & illud dici poterit, cum { Nulla autem sine uerbo affirmatio est: neq; ulla } inquit { Negatio, } uerbi nomen cōmunius definito atq; infinito acceptum: cum doceat Aristoteles, id quod superius quoq; pnunciatum est, prorsus uerbo opus esse ut enunciatiua fiat oratio: idq; nunc data opera in propositionum ex infinito subiecto consistentium contemplatione rursus adiecerit: nequis infinita nomina. de quibus nunc proxime agitur, uel ipsa per se prolata faciendæ negationi sufficere arbitretur. quandoquidem imaginem etiam præferunt similis negationibus habēdæ facultatis: id quod post apertius tradet. Eo autem confirmando quod ad omnem affirmationem ac negationem aliquo dixit esse opus uerbo, subiungit, { Nāque /est/ uel /fuit/ uel /erit/ } etc. quasi exploratum sit neq; ā finito, neq; ab infinito nomine, neq; uno, neq; pluribus absolutam orationem absq; horum aliquo /est/ inquam /uel /fuit/ ac similibus fieri. Cæterum animaduertere nobis debentibus, hæc quibus tū finita, tum infinita indiguere nomina ad affirmationem aut negationem faciendam uerba esse, ut quæ redditam uerbi finitio nem admittunt, quod est tempus quoddam adsignificare, ab ijs ordinem nobis proditæ propositionum differentiæ tradit: easq; inuicem conferens /finito subiecto utentes anteire ijs inquit quæ infinitum eum obtinent: quasi simpliciores sint illis. quę autem sub eadem specie pronunciantur, primas uelut simplicissimas esse eas quæ ascititia præfinitione carent pręfinitarum comparatione. secundas, ceu compositiores illis, quę ascitis ipsas præfinitionibus superarunt. Ex ijs autem quæ pręfinitione uacant, non singulares, sed impræfinitas capit. ex præfinitione præditis non particularem affirmationem, sed uniuersalem: quasi eadem uidelicet in reliquis quoq; ppositionibus ratio cōgruat. Vniuersalis uero affirmationis quæ finitum, queq; infinitum habet subiectum, non proprie negationem eam accepit q̄ contradictorie illi perpetuo repugnat: sed ut ante exposuimus, quæ ancipiti uidetur natura esse, atque contradicenti contrariæq; concinere: magis tamen contradicentia parem uim obtinet. Tales enim sunt tum hæc, non est omnis homo: tum illa /non est oīs non homo/ quarum altera idem huic dicit /non omnis homo est /altera illi /non omnis est nō homo/. Idq; propterea quoniam haud propositum nunc erat oppositionem contradictoriam rursus tradere propositionum: sed solum significare conflatas ex finito subiecto propositiones ijs p̄cedere quæ ex infinito gignuntur. Forsitan uero & docere nos Philosophus uoluit, posse eiusmodi quoq; propositiones in negationum ordinem referri. Illud porro attēdendum, exquisita hic ab Aristotele apposita esse exempla earum ppositionum quæ ex subiecto prædicatoq; constituuntur: cum /est homo/ inquit, & est omnis homo/: non autem ut supra dixit, /est homo albus/ &/ est homo formosus/: quæ ex tertio apprædicato propositiones erant. atq; hoc ea de causa. quod nondum illic absolutæ tradita erat propositionum earum de quibus agitur contemplatio quo factum est ut liberius exemplis sit usus. nūc uero cum ipsam adamus sim ac membratim explicuerit, iure cōuenientia propositarum speciei propositionum accōmodauit exempla. Patet etiam ex ijs quæ recensuimus, non idem finitū aut infinitum nomen esse dicere, atq; præfinitum uel impræfinitum appellare: facit enim priora nominibus addita uel non addita negatiua particula: posteriora præfinitiones constituunt. Hactenus Aristoteles propositionum ex subiecto prædicatoque consistētium commentationem prouexit. quamobrem nos quoque de ijs quæ sequuntur ab alio exorsi principio dicamus.

ENVMERATIO RERVM EARVM QVAE SECVNDA SECTIONE CONTINENTVR.

Subiecti diuisio in singulares, particulares, impræfinitas, uniuersales. Diuidendum & prædicatum non esse in præfinitum & impræfinitum. Impræfinitas non contradicere. Vbi etiam quo pacto fiat contradictio habetur. Diuisio simul prædicati in præteritum, instans, futurum. Et materiæ in contingens, necessarium, impossibile. In quo & non esse contingens. tribus probatur rationibus. & esse duabus asseritur. ac refutationes sublationum duarum contingentis. Diuisionis reliquum subiecti in finitum & infinitum.

SECTIO TERTIA

DE PROPOSITIONIBVS EX TERTIO QVOQVE APPRAEDICATO CONSISTENTIBVS.

QVANDO autem ipm est tertium apprædicatur, duobus iam modis oppositiones dicūtur. id autem intelligi uolo, ut, est iustus homo/. nam ipsum /est /tertium simul nomē vel uerbum in affirmatione positum esse aio: Quocirca quatuor hæ ob id ipsum erunt: quarum duæ ad affirmationem sese ac negationem vt priuationes ipsæ secūdum ordinem habebunt: duę vero nequaquam. Porro id inquā nempe ipsum, est, vel iusto vel non iusto adhæsurum. quāobrem et negatio. itaque quatuor erunt. Enimuero id qd' dicitur ex infra descriptis hisce intelligimus, est iustus hō/: huius negatio, non est iustus homo. est non iustus homo/: huius negatio, non est non iustus homo/. ipsum nāque, est, hoc loco atque ipsum, non est, iusto & non iusto adiacebit. Hæc igitur ita sunt ordine posita vt in Resolutorijs explicatum est.

CAPVT Libri tertium hinc auspicatur: q̄d de ijs esse propositionibus diximus quę ex tertio appredicato componuntur. Opus uero & in his est, priusquam ea declaremus quæ ab Aristotele tradūtur, inspiciamus tum quonā pacto in hisce propositionibus negationes faciamus ex affirmationibus: tum qua ratione poterimus, ijs ea qua conuenit diligentia comprehensis, numerum omnem illarum colligere. Subiecto igitur affirmationi insito cōstructa negatiua particula negationem non effici conspicuum est. si quidem nec in ijs quæ ex subto & prædicato cōstituūtur, hoc mō negationes fiebant. sed de duabus reliquis p̄ter subiectū dictionibus, p̄dicato & appredicato q̄stio est: ut de uerbo /iustus /atq; /est /utri eorum uox /non /copulanda sit, ut fiat negatio. Planū itaque est non prædicato ipsam, sed apprædicato iungendam. Nam qui /homo non iustus est /inquit, quendam ait nō iustum esse hominem. qui uero /iustus non est homo/, iustum homini non inesse pronunciat. At orationum Enunciaituarum, ut ante didicimus, quæ inesse quidquam dicit, affirmatio est: quę nō inesse, negatio. Atq; in his cerne à constructa uerbo /est /negatiua particula ratione optima negationem confici. Quandoquidem enim & prædicatus nomen in id genus est propositionibus, ut iustus, nec solus orationem efficere absolutā potest subiecto coniunctus, quodam opus ijs fuit ueluti uinculo, quod illos necteret inter sese, atque integram orationem perficeret: id quod uerbum /est /facit. Erit hocigitur quod summam in propositione potestatem obtinet. quo fit ut à seipso quoq; eiusmodi propositionibus appellationem tribuat. eas nāq; ex tertio apprædicato consistentes uocamus. itaque tollere hoc oportet ut tota affirmatio tollatur: fiatq; negatio. Est ergo negatio /homo iustus non est: homo autem non iustus est /affirmatio. Verum quoniam negatio quædam est omnis affirmationis, eadem ratione comperiemus ac uia negationem huiusce fieri eam quæ dicit /homo non iustus non est/. Quapropter duę fiunt hic impræfinitæ contradictiones finito subiecto existente: quāquam sola facta una est in simplicibus. Nam prędicatus cum negatiua illic sumptus particula negationem illico faciebat. hic uero species alia est affirmationis. Eadem & in cōtradictionibus ceteris omnibus ratio est. ut singularibus, angularibusq; diametricis: quæ in omni tempore ac materia sumuntur, finitoq; præditæ subiecto sunt, atq; infinito. Plures igitur hæ duplo ijs erūt quæ ex subiecto solum cōstant ac prædicato. erant autem duę illæ & septuaginta, ut ostēdimus. quocirca quatuor hæ & quadraginta supra cętum erunt. simul uero omnes sedecim supra ducentas. His præmissis ea deinceps cōsideremus quæ per supra descriptam orationis seriem ab Aristotele produntur: dictaq; obscure hic admodum sunt, ac per ænigmata: ad prioris uero calcem priorum Resolutoriorum uoluminis articulate distincteq; traduntur. unde etiam haurientes interpretes, quę hic à Philosopho perhibentur intelligentia assequi, lucemq; illis inferre ualuerunt. Cum igitur in ijs de quibus in præsentia nobis agitur propositionibus duę fiant impræfinitę contradictiones, alteram simplicem uocat Aristoteles: nempe eam quæ finitū habet prædicatum: ut quę hoc ipso simplicior quam altera est. alteram infinitam. propterea quoniam infinitum est illius prędicatum. quāquam sodalis eius Theophrastus ex transpositione ipsam nominat, ob eam quā postea causam afferemus. Ergo cum simplices exposuerit propositiones, nimirum has /homo iustus est, &: homo iustus non est /quærere operæprerium putat utra ex reliquis harum affirmatiuam sequatur: hoc autē est simul esse ueram: ut in quibus simplex uera est affirmatio, ea etiam quæ illi consequens dicitur, uera omnino deprehendatur. Sic nāq; & animal consequens esse homini propterea dicimus, quoniam ubi homo, ibidem quoq; uerum animal est itaque sese habentem non eam affirmationem quæ ex infinito, cōstat prædicato, sed eius negationem reperit. quippe in quo uerum est hoc /homo iustus est /uerbi gratia Socrate, in hoc illud /homo non iustus est /ementitur: uerum autē fatetur illud /homo non iustus non est/. Socrates igitur ob id ipm quod iustus est, non iustus esse nequaquam dici, non esse uero nō iustus dici poterit: cum ipsum non iustum ab eo tollatur quod illi asserimus non inesse: duæq; iusti negationes unam eius rursus positionē declarent, ea de causa quod capax iustitiæ subiectū sit. Cum itaq; ppositiones in tabella exposuerit, quam nos quoq; infra subiunximus, infinitamq; negationē sub simplici affirmatione statuerit, necessario deinceps infinitam affirmationē sub simplici negatione collocat. ideoq; ex transpositione eas appellauit Theophrastus, quoniam transpositus in tabellæ descriptione est ordo illarum: estq; harum negatio sub simplici affirmatione constituta: sub negatione uero simplici, affirmatio. uel etiam quoniam finito transposito prædicato, positoq; infinito factæ sunt. Cęterum quoniam simplici uerum fatente affirmatione ueram prorsus ex trāspositione negationem esse compertum est, num etiam ita reciprocat ratio, ut si uera negatio sit in definiti, uerum omnino simplex affirmatio declaret? An minime: sed uera in quibusdam prodita inficiatio est: falsa simplex affirmatio: ut in ijs qui homines prorsus nō sunt. Verum itaq;

I est canem dicere non iustum non esse hominem. omnino nanq; qui homo non est, constat hunc neq; iustum dici hoīem posse, neq; non iustū: falsum tamen est iustum hoīem ipsum esse enūciare. quãobrē negatio ex transpositione amplior simplici affirmatione erit. Arctior ergo affirmatio ex transpositione erit negatione simplici. nã si uera in omnibus simplex affirmatio uel negatio est, similiter quoq; uel affirmatio ex transpositione uel negatio, ueram autem negationem ex transpositione in pluribus esse simplici affirmatione confessum est, affirmatio ergo ex trãspositione uera in cęteris erit, ijsq; paucioribus q̃ quę simplici negatione cōphendunt. Fingamus exempli causa mille numero esse quæ sunt omnia: simplicíq; affirmatione ex composito uerum in quadringentis ꝓferente, negatio ex transpositione, cū latius eius ueritas pateat, uerū in sexcentis uerbi gratia fateatur. Patet igitur ex propositionibus cæteris duabus negationem simplicem ueram in sexcentis reliquis futurã. affirmationem ex transpositione, cum in cæteris quadringentis uerum præter simplicem aperiat negationē, minus affirmatiōe simplici fore uniuersalem. K Verum sic quidem uti ꝓpterea cogimur quoniam mutuo sibi contradicūt imꝑfinitæ, si alteram illarum in re qualibet ueram esse censeamus. Rectius aūt fortasse, magisq; Aristotelis menti consentaneū fuerit, à rebus cōprobare angustiorem negatione simplici affirmationem esse eam q̃ pręfinitione caret, atq; infinita nominat̃. Nam siquis est nō iustus homo, is iustus homo non est: non tamen si quisquam non est homo iustus, iam hō quoq; non iustus est. qppe in eo qui prorsus hō non est, uera est simplex negatio: infinita affirmatio mētitur. Eniuero prior argumentatio, qua uel Aristoteles ipse ad finem primi Resolutoriorum uti uidetur, in cōtradicētibus sibi mutuo ꝓpositionibus, id quod ibi supposuit, recte prouehetur. in ijs uero q̃ simul quandoq; asserere uerum possunt, nequaq̃ procedet. In summa illud attendendum, imꝑfinitas in subiecti partibus diuersis dicere quidem simul uerum posse, non secus ac particulares à nobis deꝑhēdi: ut ante explicuimus. uerum si de uno atq; eodem illas uel actu ꝑdicemus, uel cogitatione, uerum cū eo falsumq; diuidere iure affirmari. Quippe tum ex ijs L quę sunt quodlibet: tum ex ijs quæ nō sunt, uel iustū uerbi causa esse hoīem necesse est, uel non esse. Perspicuū uero est si propositiones de quibus loquimur hac intelligentia contēplemur, ueram quoq; à nobis ampliorē in ipsis esse atq; arctiorem dici prædicationem. quo etiã pacto cum aīal perhibemus hoīe uniuersalius patere. Nihil enim per hoc aliud significamus, q̃ in quibus ꝑdicare uerum est hominis nomē, in ijsdem ꝑdicari & aīal posse: non tñ contra. sic igitur hñt hæ mutuã consequentiã. Cęterum quoniam ꝓpositiones quoq; alias in tabellæ descriptione nōnullas Aristoteles capit, q̃ quidem et ipsę simplices sunt, eoq; ab ijs differunt quæ hoc ipsum /simplices/ nūcupantur, ꝙ non habitum, sed priuationem habeant ꝑdicatum: quales hæ sunt /hō iniustus est: homo iniustus non est. Quippe iustū finis quidã & forma & habitus uel quasi perfectio est. ideo simplex hęc propositio /hō iustus est/ uocatur. Iniustum autē /infinitudo & formæ priuatio. proinde priuatiua ꝓpositio est ea q̃ /Socrates iniustus est/ dicit. In his enim priuationem noīo absentiam M simpliciter formæ, nō negatione significatã, sed uel formę noīe /in/ priuatiuam particulã assumente, ut in /insuetus, inimicus, iniustus/ atq; id genus uniuersis: uel alio etiã noīe seu contrariorū deterioris, ut in malo: seu neq; contrarij, ut in nudo. & uel eam quæ ad formã redire nã idonea sit, eo nimirū significatu priuationis qui in physicis cōmētationibus traditus est, ut īmusicū:

N uel nec aptã reuerti, quo mō sese in Prædicamētis cæcitas hr̃e dicebat̃. silr nãq; ī significatis oībus ratio ꝯgruet. Quoniã igit̃, id q̃d ꝓdebamus, priuatiuas ꝓpōnes inter simplices & eas q̃ ex trãspositiōe appellant̃, statuit medias, has quoq; intueamur quid ad utrinq; sitas obtineãt ꝓñæ. siquidē hoc inuento, dilucida nobis Aristotelis dictio deinceps erit. alioqui minime. Itaq; cōpertum est neq; harū affirmationē ex affirmatione simplici, sed negationē sequi. nã qui iustus hō est, non dicit̃ qdē eē iniustus: non eē tñ iniustus perhibet̃. Quo fit ut etiã priuatiuarū negatio ꝓpōnum in descripta tabella sub simplici affirmatione, affirmatio sub negatiōe ꝯstituta sit. Sed utrū queãdmodū in quibus simplex affirmatio, in ijs priuatiua uera negatio est, sic ordine quoq; inuerso sese res habet? An nequaquã: siqdē uera in pluribus priuatiua est negatio: ī qbus īfinitã etiã negationē simplici uniuersaliorē affirmatione deꝑhendimus, hoc est in oēs ꝑter hoīem effusam. Hęc aūt priuatia inq; negatio nō in ijs dūtaxat q̃ ꝑter hoīes sunt simplicē affirmationē superat, sed in ijs ēt qui sunt qdē hoīes, neq; uero habitus, neq; id genus priuationis O participes hñtur: uelut illis qui neq; iustū habitū obtinent, neq; iniustū. Porro ex ijs q̃ ante ꝓdidimus cōstat priuatiuã affirmationē minus ulẽm negatione simplici futurã. Ambæ itaq; infitiationes tum priuatiua, tū infinita simplicē affirmationē sequūtur: eãdemq; ad illã rōnē hñt. quippe uniuersaliores ambas illã esse oñdimus. Eodē pacto affirmationes quoq; ipsarū rōnem eãdem ad simplicē negationē obtinebunt. nã & has illa minus amplas eē mōstrauimus. Deiceps ergo ꝯsideremus an queãdmodū simplices sese ꝓpōnes hñt ad eas q̃ ex trãspositione appellãtur, sic priuatiuæ etiã ad ipsas rursus ex trãspōne ꝓpōnes habeãtur. hoc est an quo mō simplex affirmatio negatione restrictior est īfinitū ꝑdicatū habētē, sic priuatiua quoq; negatio particularior q̃ ea sit. & sicut latior est simplex negatio q̃ infinita affirmatio ipsi subiūcta, ita priuatiua quoq; affirmatio. At qui id ecōtrario uerum est oē. neq;.n. minor priuatiua negatio, sed maior est q̃ infinita, neq; affirmatio maior est affirmatiōe, sed minor. Quod ita se habere, capiēdo ab affirmatioaibus argumentationis principio, qñquidē & notiores sunt affirmationes, ceu magis finitæ negationibus, facile oñdemus. P Cōstat igitur in paucioribus affirmatione transpositia priuatiuam affirmatione enūciari. Nam siquis iniustus qdem est hō, patet hūc esse non iustum. nō tamē si non iustus est quispiã, is quoq; iam est iniustus: tum ꝓpter habitum mediū: tum eius causa quem nōdum alterutrius participē esse natura uoluit: uelut in pueris. Quocirca priuatiua negatio uera in pluribus quam negatio ex transpositione erit. Etenim in ꝑdictis qdem habitibus, medio, ac puerorum, priuatiua uera negatio est: qm̃ iniusti hoīes non sunt: falsa tñ inficiatio est ex transpōne: quia uera eius est affirmatio. sunt enim nō iusti hoīes. Has ob res igitur simplici affirmationi uerba hæc /minor ambabus/ in margine ascribemus, sub ipsa nimirū positis negationibus. eius uero negationi /maior ambabus/ nempe sub ipsa descriptis. Et transpositiæ negationi: maior simplici affirmatione/. quippe amplior quam sola illa est inuenta. affirmationiq; eius, ut consequens est /minor simplici negatione/. Rursus quoq; priuatiuæ negationi /maior Q etiam subsequente/: quandoquidem maior ambabus hinc inde descriptis comperta est: affirmationi autem uidelicet /minor ipsam quoque comitante/. Quare propositiones ex transpositione rationem eam ad simplices quam priuatiuæ habere exploratum est. haud uero simplices eãdem cum priuatiuis ad transpositias obtinere.

minor ambabus	Homo iustus est.	Homo iustus non est.	*maior ambabus:*
maior etiam subsequente	Homo iniustus non est.	Homo iniustus est.	*minor ipsam quoq; comitante:*
maior simplici affirmatione	Homo non iustus nō est.	Homo non iustus est	*minor simplici negatione.*
	Est iustus non homo.	Non est iustus non homo.	
	Non est iniustus non homo.	Est iniustus non homo.	
	Non est non iustus non homo.	Est non iustus non homo.	

Reliquum

A Reliquum est igitur ad dictionem accedamus Aristotelis: nihilq; ex supradictis ostendamus frustra à nobia decantatū. { Quando } igitur { Ipsum est, } inquit, { Tertium apprædicatur: } non quasi tria in propositione prędicata esse censeat tertium uero inter ea locum ipsum, est, obtinere: sed tertium in ꝓpōne ꝑter duos terminos, subtū & ꝑdicatū: sēdco tū & ipm loco ut prędicetur hr̃e hac, uelut insup ꝑdicet̃. Ergo cū, homo iustus est, dicimus, iustum de subiecto homine prima ratione prædicamus: quandoquidem hoc de ipso enunciare proposuimus. quoniam uero id subiecto copulatum enunciationi condendæ satis non erat, ipsum, est, illis additur: quod ea, uti prius dictum est, colliget: superq; de subiecto prædicetur. itaq; totū hoc de ipso, iustum esse, pronunciamus. Haud uero, est, uerbū omnino quoniam tertium habeatur in propositione, iam etiam apprædicatur. Quapropter in ea quæ, Socrates Philosophus, est, inquit, prædicatur uerbum, est, duntaxat, non autem apprędicatur: propterea quod totum hoc Socrates Philosophus, ut unum capitur: ac subdita à Latinis distinctione subiectum fit: B uel addito apud Græcos articulo: qui non prædicatis, sed solis uult subiectis coniungi: loquimur autem de illo ꝙ sit: necdum perierit. Sed nec quãdo, Sol ex necessitate est/ dicimus, ne tunc quidem apprędicatur, est, uerbum: quanq; simplex hoc loco subiectum est. sed hoc quod, ex necessitate est, īquam, modus est, non prædicatum. Verum de propositionibus cum modo, cum speciem præter has aliam obtineant quas nunc proposuimus, docebit posthac nos Aristoteles. Non simpliciter autem quando uerbum in propositionibus apprædicatur quodpiam dixit: sed quodnam id sit quod apprædicari natura aptum est, exquisite distinxit, nimirum ipsum, est, solum. quod ita se habere suo deinceps loco demonstrabimus. Quando igitur ipsum inquit, est, in propositione tertium apprædicatur, duobus iam modis oppositiones dicuntur propositionum: quæ unico modo de prius traditis ꝓpositionibus dicebantur. Dein priusquã doceat quonam pacto duplici ratione proferantur, exponit exēplo quando apprædicari ipsum, est, perhibeatur. quod nomen C uel uerbum appellauit. siquidem uerbum /est, quasi ad significet tempus nec quidquam prohibet quo minus & nomen uocetur: eo nimirum sensu quo significatiuas asserebamus uoces omnes nominum appellatione censeri. Atque nec ita illatione duobus modis oppositiones has dici comprobauit. uerum in præsentia perinde quasi conspicuum id sit pro intellectualis eius ipsius habitus magnitudine conclusionem solam, magis uero quod conclusioni consequens est enunciauit, cum intulit, { Quocirca ob id ipsum } (intelligit autem duobus modis oppositiones proferri) { Hæ quatuor erunt. } quod per defectū partis pronunciatum est. quatuor enim partes, ac propositiones quatuor duarum sunt oppositionum, simplicis, atque infinito prædicato utentis. Deinceps uero aperte eius quoque probationem affert quod duobus modis hoc loco dicantur oppositiones quæ eodem utuntur subiecto: quatuorq; earum partes fiant: cum ait, { Porro id inquam, nempe ipsum, est, uel iusto uel non iusto adhæsurum: } etc. ubi differentiam ac sequelam D propositionum ut in exposita tabella contemplari operæprecium esse existimat. Atque hęc sane manifesta sunt: præter uerba illi, { Quamobrem & negatio, } quæ hoc indicant, quamobrem & ipsum, non est, quod negationem facit uel iusto, uel non iusto, quemadmodū ipsum, est, adiacebit. quadere duas alterum affirmationes, alterum negationes conficiet duas. Cæterum quoniam inter id quod, ut commonuimus, conclusioni consequens dixit, quocirca quatuor hæ ob id ipsum erunt, & probationem, duas esse oppositiones, quatuorq; earum partes asserentem, { Quarum duæ } inquit { Ad affirmationem sese ac negationem ut priuationes ipsæ secundum ordinem dicuntur: duæ uero nequaquam. } atq; atræ Sphingis uocem (ut Lycophronis utar uerbis) imitatur, nec parum explanatoribus facessit negocij, quidnam pauca hæc uerba sibi uelle existimabimus? Itaque per hæc inquam eam innui à Philosopho propositionum consequentiam quam longa oratione demonstrauimus. affirmationemq; ac negationem simplices propositiones utpote exemplaria nuncupati: quandoquidem transpositias constituunt hæ, si negatiuas prædicatis particu- E las adhibuerint. Ex relatis uero quatuor inquam duarum oppositionum partibus (nam supradictum est, Quocirca quatuor hæ ob id ipsum erunt.) ex ijs ergo duæ uidelicet partes (propositiones autem intelligit ex transpositione,) ad affirmationem ac negationem, hoc est simplices, sese secundum ordinem habebunt, idest secundum naturæ societatem, ac similitudinem rationis, ut priuationes ipsæ. hoc est, quem ordinem ac locum, quamue proportionem priuatiuæ propositiones ad simplices obtinent, quatenus in pluribus quam illæ uel in paucioribus uisuntur, eundem etiam quæ ex transpositione habentur. Duæ uero nequaquam inquit, nempe partes rursus quatuor illarum. sed quænam hæ fuerint? nimirum reliquæ præter antedictas idest simplices propositiones non se secundum ordinem ut priuationes habebūt, id quod ipse uoce illa, nequaquam. paulo ante indicauit, cum dixit duæ uero nequaquam. F Sed ad quas non sese habebunt simplices propositiones secūdum ordinem, ut priuationes ipsæ? An uidelicet ad reliquas ab ijs partes duas quatuor illarum, hoc est ad eas quæ ex trãspositione appellantur. Nam & hoc antea demonstratum est, non quemadmodum habent sese ad transpositias, priuatiuæ, uero in pluribus quam illæ uel paucioribus explicando, ita simplices quoque habere. Nobis igitur ea quæ de consequentia anticipauimus propositionum ad dictionem intelligendam Aristotelis contulere. Porro diligentiores Interpretes expositionem quoque huiusce dictionis aliam scribere nouimus: quã etiam magis aiunt probare: ut quæ longe simplicior sit superiore: neque nos Aristotelis, ut ipsi loquuntur, sententiam uaticinari cogat. Censent enim affirmationem ac negationem non simplices propositiones uocari: sed affirmatiuam & negatiuã speciem ipsam propositionum. Ex quatuor uero duarum oppositionum partibus, simplicis ac transpositiæ, duas illas ex transpositione ad speciem ipsam facultatemque sese affirmationis & negationis ut priuatiuæ propositiones ita habere. Sed G quomodo se habent illæ? Nempe non simpliciter affirmationes uel negationes, sed totum hoc, priuatiuæ affirmationes ac negationes dicuntur. quo pacto & mortuus homo non homo absolute, sed totum hoc, homo mortuus uocatur. Habent igitur sese hoc modo inquiunt transpositiæ ad affirmatiuam speciem ipsam ac negatiuam. Haud enim affirmationes simpliciter, negationesue sunt: sed hoc totum, infinitæ affirmationes, uel negationes infinitæ. Reliquas autem partes duas, hoc est simplicis oppositionis non perinde se ad affirmatiuam ac negatiuam speciem habere, quippe affirmationes has negationesq; suapte natura esse posseq; sine ulla additione hisce appellari nominibus. hæc illi. Me uero haud sane expositio, tametsi non parum habeat probabilitatis, adducit. Absurdum nanq; esse arbitror, cum clamet clara uoce Aristoteles quæ hoc loco differuntur uelle se ex ijs intelligi quæ in Resolutorijs de ijs ipsis ꝓdita sunt, nos qui ea quæ ad supradictam propositionum con- H sequentiam pertinent, euidēter admodū ad calcē primi Resolutoriorum uoluminis tradita habemus, id ꝙ uel ipsi confitentur, ad hæc conniuere: atq; aliam quandam Aristotelis plane sententiam augurari. Sed ad quid nobis proderit dixeris consequentiam proditam nosse propositionum? Ad transumptionem eam inquã ꝓpositionū q̃ in rōcinationibus sæpenumero fit. Siquis enī iustū eē cōcesserit Socratē, ergo iniustum nō esse & nō iustum nō eē merito dicemus sin ipsum uero iniustū nō esse condonarit, iustumque igitur esse sumendum putabimus, uel nō eē nō iustum fatua erit trãsumptio. pōt aūt res illi nequaquam succedere, qui quales propositiones qualibus ampliores sint non prius distinxerit. Cæterum quoniam putant nonnulli perfectas nō has amplius manere propositiones, sed prædicati dūtaxat. cū inficiatiōes priuatiuã trãspositiamq; in ligno uerbi gratia ueras esse arbitramur, affirmationem autem mentiri simplicem, respōdendum ijs est, cum lignum actu in proposi-

I tione ceperimus, lignumq; dixerimus iustum esse hominem, totum certe hoc hominem iustum esse, à nobis prædicatum effici quidem: sed impræfinitam propositionem non etiam manere: uerum, ut in simpliciter ligno, fore uniuersalem declaratq; id apud Græcos articulus: qui facultatem uniuersalis obtinet præfinitionis. ut uero in hoc ligno, singularem. Quod si speciē seruemus propositionis, nec illi quidquam actu addamus, nihil prohibet quo minus & lignum ab ipsa, & equus, aliaq; sexcenta, in quibus uel mentiri uel uera esse dicitur, potestate comprehendantur. Nam affirmationem uelut eam quæ, homo iustus est, dicit, quasi id genus quidpiam esse pronunciet, ueram in solis esse hominibus licet: atque ijs quidem iustis: mentiri autem in quibus uel subiectus non cōgruit, uel predicatus necesse est negationem uero ut affirmationi decertantem, in quibus uera illa sit, esse mendacem: uerum autem annūciare in quibus illa fallatur. Sic porro in sequētibus Aristoteles huius est albus hō, illam, est non albus homo, negationem non esse ostendet: qm
K usu ueniet ut uera esse in ligno deprehendatur; cum in eo falsa sit affirmatio. Et uero cum/Nireus formosus homo est dicimus non tria à nobis prædicata fieri putandum est. Totum hoc nāque ut unum quid, formosum hominem, prædicamus de Nireo: atque ipsum, est, apprædicamus: perindeq; loquimur ac si quis, Nireus dicat animal est rationale mortale,. At hoc in solis fieri potest impræfinitis. neque enim in præfinitis committitur ut præfinita tota propositio de quoquam prædicetur; quēadmodum impræfinita. quandoquidem præfinitionem prædicato coniungere ratio nequaquam dictat. neq; in singularibus quoniam fieri nequit ut prædicentur de alijs individua; quomodo nec alia de supremis generibus. Ex hisce uero & quæstionē illam de contradictione soluemus. Cum enim in omni uel ueram esse affirmationem dicimus, uel negationem oportere, nō utranque pronunciamus contradictionis omnis partē de quo
L uis prædicari posse uniuersam: ut has de Socrate, Theætetus non sedet; & non Theætetus sedet, alteram tamen ex ijs uerā esse necessario. siquidem hoc tum in præfinitis, tum in singularibus, ut admonuimus ratione uacat. sed partium affirmationē in propositionibus ac negationem facientium, hoc est earum quę affirmatiue & negatiue prædicantur, posse utranq; de quo uis tum ente præd.cari tum non ente: atque cum eo de quo predicantur absolutam propositionem conficere. solam tamen illarum alteram necessario uerum fateri: ut sedet, non sedet: albū est, album non est, Dictum autem illud, in omni, de solis ijs q̄ prædicantur uerba fieri indicat: quæ si uni omnium cuiquam iūgātur propositionem alteram ueram faciūt: alteram falsam. De simplicibus uero affirmationibus compositum prædicatū obtinentibus quæsierit quispiam, qua ratione infinitam in his & quam transpositiam uocant affirmationem constituemus num negatiua particula cuiq; predicatum componentium nominum, an illorum uni applicanda. & hoc quale sit: ne rō forte distributiua esse uideatur. Itaque negatiuam arbitror particulā siue omnia per substantiam composita de subiecto, ut indefinitionibus appellentur/siue etiam unum ex ijs quodpiam ex accidente, ceu cum Socrates homo albus est dicimus, omni ante
M poni prædicato debere, ut affirmatio qua de quæritur fiat. ipsamq; particulam ad uniuersum prædicatum ut unum, nec ad partem eam duntaxat cui connexa est exaudiendam. Nam qui hominem non irrationalę animal esse inquit, uel Aethiopem non album hominem, is hac in re perinde loquitur atque ille q scientem esse non boni Socratem dicit. At hæc plane simplex est affirmatio: quæ infinitum quiddam hoc, est non bonum finito prædicato quod est scire coniungit: eaque de causa simul illi uerax est quæ boni scientem ipsum esse pronunciat. quanquam infinita uere affirmatio nūquam simplici concurrere in eodem potest: ut in primo Resolutoriorum explicatum est. Eadem in ijs omnibus ratio est: in quibus quod prædicato addit nō quasi subiecto suppetēs dicitur; sed uelut cuidam eius actioni substratum. Haud enim idem est dictu Socratem esse bonum, quod est essentiæ, & scire quod bonum non est: nam hoc actionis cuiusquam est indicatiuum: uel esse non Alcibiadem, & amare non Alcibiadem. etenim idem esse hoc aliquid simul & non hoc nequaquam potest. idem autem quin simul circa opposita agat negari nequit. quamobrem fieri nequaquam cōceditur ut idem simul bonus nō bonusq; sit. at ambo ut simul sciat fieri potest. Quod si hoc, homo albus est, &, est homo non albus, concurrere inuicem in æthiope, aut alio quopiam uno prædicata non possunt, id euenire propterea dicemus qd album, uel nisi homini iungatur, de subiecto & finite & infinite prædicari aptum natura sit, atque affirmationes duas facere quæ concinere inter se nequeant. Prorsus uero operæpreciumest attendamus, una contradictione uel oppositione infinitę ad finitam affirmationis considerari ex ijs quodlibet quæ ad compositam prædicationem efficiendam accepta sunt, nequaquā posse. Neque enim una esse omnino illa potest propositio in q̄ plura prædicata assumuntur. Quo fit ut minus mirandum sit, quædam uere ex ijs, quædam falso prædicari: ut post plane ostēdetur. sed eorum quæ componuntur, an uere prædicentur intueri per se oportet singula: particularesq; hoc modo prædicationes attexere uniuersalioribus: quæq; adsunt ex accidente ijs quæ per se prædicantur. Qua de re prædicatum in ea propositione quę plane est una uel nomen capitur quod naturam unam declaret: uel oratio idem dubio procul indicans nomini siue in usu sit id: siue à nominum impositoribus neglectū. Rursusq; hanc ob rem recte se habet quod statuimus, negatiuam omnino opus esse particulam, ut infinita negatio fiat, uniuerso prædicato anteponi ac de his satis. Quandoquidem autē scriptum in pluribus esse aiunt exemplaribus ipsum est, uel hominī uel non homini adhæsurum, sciendum est, quando ita legatur, uerbum, homo, id quod Porphyrius Philosophus tradit, non tanquam subiectum, sed uelut prædicatum nos pro iusto uel albo acceptum esse dicturos: ut in propositione, callias homo est. pronunciante.

Simili modo res sese habebit vel si vniuersaliter nominis affirmatio fuerit: vt, omnis est homo iustus, huius negatio, non omnis est homo iustus, omnis est homo non iustus: non omnis est homo non iustus, . Verum non fit, vt per diametrum oppositæ similiter verum pronuncient. tametsi fiat nonnunquam. II P

Vult proditam in impræfinitis propositionibus consequentiam in una etiam angularium contradictionum, omnis, &, nō omnis, à nobis spectari: nempe in hac quoq;, simplicibus sumēdis ac transpositiijs, & priuatiuis insuper propositionibus, usu uenire ut transpositiię eandem ad simplices quam priuatiuæ rationem obtineant: simplices uero non hanc rationem præterea quemadmodum priuatiuæ ad transpositiias seruent. Nam & hoc loco sub simplici uidelicet affirmatione contradictionū reliquarum negationes collocabuntur, (haud enim sane affirmationes:) affirmationes autem sub negatione: rursusq; affirmatione simplici uniuersalior utraq; erit subiunctarū illi negationū. Quippe si iusti sint oēs homines, tū q̄ iniustos nō oēs, tū q̄ nō oēs nō iustos eē dicit uera ē. siquidē & falsa utraq; ē, ppositarū illis affirmationū. Qd' si nōnulli iusti sint hoīes, qdā nō iusti, dictarū negationū uera est utraq;: falsa simplex affirmatio. Quo aūt pacto ampliores affirmatiōe simplici subditæ illi negationes sunt, ita & simplici uidelicet negatiōe magis pticulares sub illa descriptæ affirmatiōes deḡhendunt, q̄ fit ut ad simplices, ppositiones subiūctarū illis, pportio seruet. nec tū in his quoq; priorū ad trāspositiias pueniētia pmanet. Nā affirmatio simplex uera in paucioribus oīsa ē q̄ infinita negatio: & negatio susior affirmatiōe. Ex priuatiuis uero negatio rursus īmensior trāspositiia erit negatiōe: & trāspositiia affirmatiōe ptractior affirmatio. Hoc porro ita se hr̄e, ea inq̄ quæ de priuatiuis & transpositiijs, pdita sunt, si ab affirmationibus rursus argumentemur, facile demonstrabimus. Nam si sint omnes homines

A mines iniusti, & quæ non iustos esse omnes dicit uerum profitebitur. qui enim iniustus est, liquet hunc esse non iustum. At si iniusti alij sint homines, alij medium obtineant habitum, uera est ea propositio quę non iustos omnes esse indicat: falsa quæ omnes iniustos asseuerat. Itaq; eadē, uti diximus, uel in ijs propositionibus accidunt quæ in impræfinitis uisitauimus.

Homo iustus est.	Homo iustus non est.
Homo iniustus non est.	Homo iniustus est.
Homo non iustus non est.	Homo non iustus est.
Omnis homo iustus est.	Non omnis homo iustus est.
Non omnis homo iniustus est.	Omnis homo iniustus est.
Non omnis homo nō iustus est.	Omnis homo non iustus est.

Nobis uero & prius tradi ab Aristotele propositionū quas recensuimus ut in impræfinitis propositionibus cōsequentiam, cum diceret, quarum duę ad affirmationem sese ac negationē
B ut priuationes ipsę secundum ordinem habebūt: duæ uero nequaquam. & nunc se in affirmationis uniuersalis contradictione ad particularem negationem spectari à nobis eadem uelle, nec aliud quidquam, manifesto indicauit cum subdidit. { Verum non fit ut per diametrum oppositæ similiter uerum pronuncient: tametsi fiat nonnunquam. } Quibus uerbis impræfinitarum utriq; tabellę propositionum ac præfinitarum intelligit differentiam. Accidit enim affirmationes mutuo per diametrum in utraq; illarum esse oppositas: simplicem inquā & trāspositiiam uel simplicem ac priuatiuam. similiter: & negationes. Verum fit in impræfinitis ut & affirmationes in materia contingente simul uerum ostendant. & negationes: ut quæ uiribus particulares exæquent. In præfinitis autem, de quibus nūc agit, affirmatione uniuersali & particulari negatione fieri neqt ut uerę affirmationes in quauis materia sint: quanquam ueras simul negationes esse in materia sola contingente eueniat. quādoquidem nāq; alij iusti homines, quidam iniusti, nonnulli habitu medio præditi sunt, patet futurum esse ut inficiationes
C propositæ omnes uerum differant/ non omnis homo iustus: non omnis homo iniustus: non omnis homo non iustus/. Itaque uerba illa/ tametsi fiat nonnunquam non eo sunt pacto intelligenda, quasi ueræ simul eæ quandoq; sint omnes quę per diametrum collocantur. (hoc enim fieri neqt) sed quasi ex ijs nonnullæ, ut negationes, uerum simul, prout explicatum est, in contingente materia decernant: quæ neq; necessaria est, neq; impossibilis. atq; hæc non statuentem solum aperte inueniemus, sed ad calcem quoque primi Resolutoriorum demonstrantem Aristotelem: Vnde cōmotus suspicari quis posset, solī descriptæ impræfinitarum tabellę conuenire, nō fieri ut per diametrum oppositæ similiter uerum pronūcient. Quippe ib differitur, quasi impræfinitę negationes alio quoq; præter affirmationes modo simul quandoq; uerę esse possint. haud enim in subiecti partibus tantum diuersis, id q̄ affirmationes faciūt, sed etiam in eodem uerum declarant: cum tamen aliud à subie
D cto id sumpto in primitiua propositione fuerit. Nam de ligno, uerbi gratia propositiones has, homo iustus nō est, &, iniustus nō est, & nō iustus nō ē uere p̄dicabis: tametsi nulla affirmationum uera in quouis eē p̄ter hominē queat. Sed cū neq; uerba hæc tabellæ illius describēdæ p̄ceptioni adiecerit, effatusq; de præfinitis Philosophus, illas in cōsequentijs similiter r sese impfinitis habere, subiunxerit, Verum nō fit ut per diametrum oppositæ similiter uerum pronunciēt, nihil nobis aliud intelligendū relinquit, quā descriptarū tabellarum quādam à se tradi in eo differentiam q̄ nō similiter, ut inquit ipse, oppositę per diametrum in ijs simul ueræ sint. Verum nisi oscitanter audiēda sint uerba Aristotelis, quærere operæpretium esse arbitror, quam ob causam in sola affirmationis uniuersalis ad negationem particularem oppositione similiter sese habere affirmet atq; in impræfinitis oppositis propositionibus consequentiam. Fortasis igitur quasi in contradictionibus reliquis tum particularis affirmationis ad uniuersalem negationem, tum singularium non eadem amplius seruetur sequela. Nam in contradictione, aliqs & nullus, neq; affirmationem simplicem priuatiua negatione ostendere uel fusiorem uel contractiorem licet. Neq; enim siquis iustus homo est, iam nullus erit iniustus. neq; si iniustus nullus, iam quisquā iustus habebitur. quid enim si habitu omnes essent medio: quapropter nihil est q̄ ullam asserere consequentiam conemur. Quod si transpositiijs simplices conferas, affirmationes ex negationibus, haud uero negationes quoq; ex affirmationibus sequi comperies. Si enim non iustus nemo est, patet omnem quoq; & particulatim singulos fore iustos. non tamen si iustus est quispiam, opus iam fuerit neminem esse non iustum. Verumenimuero neq; in singularibus dictam inuenies accōmodari proportionem. quippe accidit affirmationem simplicem transpositiiamq; negationem in se mutuo conuerti. Socrates iustus est, Socrates non iustus non est. priuatiuā uero negatiōem utraq; illarum uniuersaliorem ex eo esse, q̄ in ipso uel medio, si ita supposueris, habitu prædito uera sit. Sigs uero & in singularibus conuenientiam propterea quam diximus propositionum consequentię seruari existimet, q̄ affirmatiue in diuidua de nullo ab ipsis alio, neq; de suiipsorum parte, cum sint indiuidua uere prædicentur: negentur tamen uere de quouis alio: ceu cum/ Theætetus nō est Socrates/ dicimus: quomodo nec generalissimorum potest ullum re uera affirmari: negari nil uetat: cum quantitas dicimus non est substantia. si igitur has, Socrates non iustus nō est, &, iniustus non est, uniuersaliores esse illa, Socrates iustus est, ob id censet, quod in ijs quæ præter Socratem sunt illam exuperent, primum se & affirmationem uniuersam sumere ut prędicatā intelligat: cui totam conferens negationem in pluribus q̄ illa ueram esse, pnunciat. Deinde neq; totum hoc negatiue de quoq; prædicare, Socrates iustus, uel, non iustus, rationem esse. siquidem actu substantia & iustum simul & iniustum in hominum spectantes multitudine, utrunq; eorum merito cum nomine, homo, tum affirmamus de quibusdam, tum negamus. Indiuiduo tamē nulli cum simul utrunq; liceat impertiri, nomē Socrates de Theæteto re uera inficiabimur. Ac si æquiuocum subiecto prædicatum sit, non esse hunc uerbi causa Philosophum illum, aut iustum illum Socratem pronunciando uel apud Latinos pronomine, uel apud Græcos articulo, quod ipsi adiacet proferimus. Porro Græci sine articulo Socratem iustum non esse nequaq̄ dicunt: cum hoc neq; in auctorum suorum usum receptum sit, neq; ratione defendatur.

Duæ igitur hæ oppositæ inter se sunt. Aliæ autem duæ ad ipsum, non, homo, uelut subiectum quodpiam, adiuncto: ut, est iustus non homo, nō est iustus non homo. est non iustus non homo, nō est non iustus non homo. Atque plures his non ipsæ sunt oppositiones. Hæ uero seorsum ab illis ipsæ nō per seipsas erunt: ut quæ, non homo, nomine utantur. III

Quodnam his uerbis preceptum tradatur in propatulo est. Ait enim tot etiam esse propositionibus ex tertio apprædicato compositis quæ infinito subiecto utantur cōtradictiōes, quot in ijs erant quæ ex finito subiecto conficiebantur. Duę autem erant illæ in specie qualibet propositionum quæ à subiecto nominatur: ut singulares, uel indefinitę uel uniuersales, uel particulares. & hæ pariter duæ. quarum etiam exempla apposuit, simplicium atque ex transpositione dictarum., non homo iustus est: non homo iustus non est, simplices hæ sunt ex infinito subiecto., non homo non iustus est: non homo nō iustus nō est, hę & infinitæ, siue ex trāspositione: & ex subto rursus īfinito conflatę. At dictio illa, { Aliæ autem duę ad ipsum non, homo uelut subiectū quodpiā, adiuncto, } per defectū plātā ē. poterit. n. sic ītegra explicari, Oppositę uero ptradictiōes alię duę sunt, hoc ē ex oppositis ppōnibus gignūt ad ipm, nō hō,

I uelut subiectum quodpiam in propositionibus sumptum, si ipsi, non homo, prædicatum uidelicet atq; apprædicatum fuerit additum, ac predicatum uel finitum uel infinitum; apprædicatum uel affirmatiuum uel negatiuum. Sumamus igitur hoc pacto ex diuisione propositiones eas omnes quæ ex tertio apprædicato consiunt. Necesse est nãq; eæ uel ambos terminos subiectum & prædicatum finitos obtineant: uel infinitos ambos: uel finitum unum, alterum infinitum; idq; bifariam. planumq; est quonam pacto, & uel affirmatiuas esse has, uel negatiuas: quæ enumeratæ omnes sunt. meritoq; pronunciare ausus est, plures ijs contradictiones nequaquam fore. Deinde perfectas propositiones eas quoq; esse docens quæ ex infinito constant subiecto, seorsum has ab illis ipsas per seipsas esse inquit, quæ nomine, non homo, tanquam subiecto utuntur nihilq; illis minus ob id ad enunciandum obtinere.

IIII K In quibus autem, est, ipsum nequaquam congruit, ut in uerbo, ualere, &, ambulare, idem in ijs quod sic ponitur facit ac si ipsum est adhiberetur: ut, omnis homo ualet, omnis homo non ualet. ualet omnis non homo, non ualet omnis non homo. Haud enim, non omnis homo, dicendum est: sed, non, negatio homini applicanda. quippe. omnis, non uniuersale ipsum significat: sed uniuersaliter inesse. idque ex hoc patet, ualet homo, non ualet homo: ualet non homo, non ualet non homo. Hæc nãque ab illis eo differunt quod non sint uniuersaliter. Quapropter ipsum, omnis, uel, nullus, aliud nihil adsignificant ꝙ de uniuerso nomine uel affirmationem fieri, uel negationem. cætera igitur eadem oportet addantur.

L Nonnulli qui locum hunc exposuere, per hec uerba dicere Aristotelem putarunt, in ijs propositionibus quæ ipsius, est, uice uerbum aliud quodpiam habent appredicatum, ut, ambulare, aut ualere uelut in his, homo iustus ualet, homo iustus ambulat, eundem ordinem ac consequentiam fieri propositionũ qui & in ipsum, est, apprædicatum habentibus inerat: cum omnino & ab Aristotelis sententia, & ab ipsius orationis subtilitate aberrent. Neque enim nobis apponere uidetur Philosophus huiusmodi propositionis exempla: neq; potest uerbum quodpiam aliud præter ipsum, est, apprædicatum fieri. Idq; non solum credendum est Aristoteli: qui tum plane superius solum, est, ipsum in id genus appredicari propositionibus dixit: tum in » Resolutorijs pronunciat Terminum esse eum in quem dissolui » tur propositio, predicatum atque subiectum: subditq; adijcien » do diuidendoue ipso, esse, uel, non esse, neq; de ullo uerbo præter hoc alio mentionem facit: sed & nos in sequẽtibus, id quod
M supra etiam sumus polliciti, euidenter demonstrabimus: ubi quæret Aristoteles quando possint ac quando nequeant prædicationem unam efficere que per se ac seorsum prædicantur mutuo complexa. Alij per hæc quæri existimarunt, an quemadmodum in ijs quæ uerbum, est, apprædicatum actu, habẽt, negatiua particula prædicato nomini, ut iusto, anteposita, non negationem, sed affirmationem ex transpositione, ut, homo nõ iustus est, facit, sic etiam in quibus ipsum, est, in prædicato uerbo potestate comprehenditur, uerbo nimirum illo, ut antea quoq; dicebamus, in peculiare illi participium & uerbum, est, dissoluendo, rursus præfixa participio negatiua particula non negationem sit, sed transposititiam affirmationem factura. Nãque, homo ambulat, inquit propositio, idem hanc illi dicere, homo ambulans est, nemo ambigit. per hec autem inquiunt quæritur an homo non ambulans est, affirmatio rursus ex transpositione sit, non autem inficiatio nuncupanda: cum neque ꝓble-
N ma dignum, ut arbitror, quæstione sit. quæ enim forte obtingens attributio fuerit, ut hanc, homo non iustus est, affirmationem, illam uero, homo non ualens est, negationẽ nominemus? neq; eiusmodi quidquam Aristoteles per ea que dicit declaret. Forsitan igitur magis ipsis Aristotelis uerbis cohæreat, si cum contradictiones dicamus, ex subiecto infinito cõstitutas, nobis prius in simplicissimis propositionibus, quæ ex subiecto solũ & prædicato constant, tradiderit, per supra autem proxime dicta & in ijs quæ ex tertio apprædicato consistunt: cũq; in quibus id protulit exemplis uerbum est prius ut prædicatum acceperit, cum dixit, est non homo, non est non homo: &, est omnis non homo, non est omnis non homo, proximis autem uerbis ut apprædicatum etiam traderet, diceretq;, Due igitur hæ » oppositæ inter se sunt: aliæ autem duæ ad ipsum non homo, » est iustus non homo, non est iustus non homo, est non iustus » non homonon, est non iustus non homo, per hæc docere nos instituisse, uel in ijs propositionibus quæ loco ipsius, est, uerbũ aliud non apprædicatum aliquod (nam hoc fieri non posse af-
O firmauimus) sed prædicatum habent, subiecto uero rursus infinito utuntur, ea ratione fieri inficiationes, qua & in uerbo est actu predicato constituebantur. Quamobrem quo pacto negatiua in illis uerbo, est, copulanda particula negationes faciebat, dicebatq;, non est non homo, &, non est omnis nõ homo, ita nunc quoque huius, ualet omnis non homo, hanc asserit, nõ ualet omnis non homo, negationem esse. Constat autem si & ipsarum re uera efficere negationes uelimus, eundem nos tum in ijs quæ uerbum, est, actu prædicant, tum pro ipso, est, uerbũ aliud quodpiam reponunt, in utrisq; modum seruaturos. Cæterum cũ uniuersalis nunc solius meminerit affirmationis quæ infinitum obtinet subiectum, &, ualere, uerbum de illo prædicat, quomodo facienda eius negatio sit requirit: ut satisfaciente in ijs cõtemplatione, methodum ex sæpius proditis nobis exhibeat qua & in alijs affirmationibus negationes cõcinnabimus. Id porro nunc Aristoteles uidetur theorema exulcerasse, quasi ueritus nequis ad negationem cõficiendam nihil putet referre, si negatiuam particulam à subiecto infinito dimoueat, eamq;
P præfinitioni anteponat. Aperte autem id declarat cum inquit, { Haud enim non omnis homo dicendnm est: sed / non / negatio Homini applicanda; } hoc est, Non enim hæc / non / omnis homo ualet / affirmationis illius / omnis non homo ualet dicenda est negatio: sed ipsum / non / quod negationem utpote negationis efficiens appellauit, in negatione quoq; homini applicandum: ut idem subiectus, quomodo & idẽ prædicatus in utrisq; propositionibus maneat: id quod à contradictorie inter se depugnaturis propositionibus haberi est necesse.

Est non homo.	Non est non homo.
Est omnis non homo.	Non est omnis non homo.
Est iustus non homo.	Non est iustus non homo.
Est non iustus non homo.	Non est nõ iustus non hõ.

Q Huiusce igitur rei gratia, nempe ut propositionibus ipsum / est / actu habentibus eas quæ facultate illud assumunt similes redderet, cõtradictionesq; eodem modo in utrisq; faciẽdas doceret, uerbũ ualere in ualẽs participiũ & ipsum / est / dissoluere in exemplis ab initio uisus est. Deinde adductis primũ ex finito subiecto propositionũ exẽplis, ut quæ notiora sint, magisq; nos deducere ad eas possint ꝑnoscẽdas q̃ ex infinito subiecto cõponunt. eas subiungit quæ cõficiũtur ex illis atq; infinito utũtur subiecto: de qbus sibi agẽdũ proposuit, quonã in ipsis modo negationes ex affirmationibus gignant. In his autẽ solũ declarat causamq; explicat cur nõ alio pacto fiãt negationes. cũ uero huius dixerit / ualet oĩs non hõ / non / illam / nõ omnis hõ ualet / negationẽ appellari oportere, addit huiusce rei causam, statimq; subnectit, { Quippe / oĩs / nõ uniuersale ipsum significat: sed uniuersaliter inesse. } quod quidnã significet Philosopho, per supradicta prestitimus, cũ pauca hæc ipsa uerba exponeremus.

A mus. Nunc uero perinde acceptum est, quasi eundem oportere in contradicentibus propositionibus subiectum capi indicet: quod non amplius cõtingit, cũ / omnis non homo ualet / affirmationem dicimus, ab / non omnis hõ ualet / negatione oppugnari. Debet enim in inficiatione ab ijs predicatum negari de quibus ipsum in affirmatione predicamus, at hoc in exposita non facimus negatione. Nam cum uerbum / ualere / de omnibus nõ hominibus affirmatio prædicarit, negat ipsum de hominibus dicta negatio. Porro uim hanc ab uniuersalibus haberi præfinitionibus, significariq; in uniuersali affirmatione inesse ijs omnibus prædicatum quæ subiecto continentur: in uniuersali negatione omnibus non inesse, plane declarauit: ijsdem propositionibus quas ante alias finito subiecto, alias infinito accepto cum uniuersali præfinitione exposuit, absq; præfinitione ordine ascribendis: ut / omnis / præfinitionem indicaret, qua posteriores à prioribus propositiones superantur, illis præstitisse, ut prædicationem de indiuiduis omnibus facerent subiecto comprehensis: id quod impræfinitæ propositiones nõ habent. Quasi uero
B hec / omnis homo non ualet / illi / nullus homo ualet / & hæc / omnis non homo non ualet / illi / nullus ualet non homo / tantundẽ significet, iure concludens inquit, { Quamobrem ipsum / omnis / uel / nullus / nihil aliud adsignificant Quam de uniuerso nomine uel affirmationem fieri, uel negationem. } hoc est de omnibus naturæ subiecti consortibus uel affirmat is prædicatum uel negat qui uniuersaliter enunciat. Itaq; cum in solis his oppositæ inter se ꝓpositiones discernanẽ, { Cætera } inquit { eadẽ oportet addantur. } quibus nos hortatur uerbis ut subiectum terminum ac prædicatum in contradicentibus ꝓpositionibus eundem seruemus.

V Quandoquidem uero huic; omne est animal iustum, contraria est ea negatio quæ nullum iustum esse animal significat, patet has nec unq̃ simul ueras, neq; in eodem futuras: ijs oppositas
C fore nonnunquam: ut, non omne est iustum animal, &, quoddam est animal iustum.

Docturus nos infra Aristoteles uniuersalem quandam negationem » affirmationi cuidam uniuersali, nempe simplicem transposititiæ, & transposititiam simplici comitem esse, ꝓ hec iure anticipat, decernitq; quo pacto in propositionibus ex subiecto ac predicato cõstructis uniuersales uniuersaliter, contrarias appellauit, simulq; mentiri inuicem dixit, ijs contradicẽtes inter se uerum profiteri, ubi Quãobrem, inquit, ut uere simul hæ sint fieri nequit: at uero ijs oppositas licet quandoq; in eodẽ, » ita sane & in ꝓpositionibus ipsum / est / apprædicantibus, quas nunc considerandas proposuit, censere se uniuersales, que circa terminos nihil habent discriminis, neq; simul quandoq; ueras inter se esse: neq; eas significare quæ simul cõcurrere in eodem possunt. quæ uero ijs cõtradictorie repugnãt, mutuo nõnunquam cõcurrere. per uocem / nõnunquam / nimirũ significans, suppetere ipsis in materia sola cõtingente ut uerũ pronuncient. Nos igitur, uti proditum est, uerba illa { Nec unq; simul
D ueras, neq; in eodẽ futuras } distincte audimus: alteraq; in ipsis accipimus uerbis, altera in rebus quæ ab ipsis indicanẽ. Accidit autem ut hæc mutuo cõueniant. nam si ueræ simul sint orationes, & quæ in ipsis predicantur eidem simul insunt: & contra. Constatq; ut ueræ simul orationes sint, causam eo, ꝙ res simul existant, referri. Alij sane uerbum / neq; / tametsi bis acceptum, superuacuum esse arbitrati, per utrasq; has dictiones, tũ / simul / tũ / in eodem / circũscribi id aiunt, ꝙ oppositionẽ id genus obsignat propositionũ. Nam & simul ueræ esse, inquiunt propositiones ualent quæ non in eodem sumuntur: ut / omnis homo bipes, nullus equus bipes /. & rursus ueræ in eodem, non simul tamen: ceu cum / omnis homo iustus / in aureo, quod uocant, genere dicimus. / nullus homo iustus / in eo quod ferreum nominãt. quãuis nobis Aristoteles quales oppositas inter se eẽ uelit propositiones inter initia tradiderit: nempe eas quæ eiusdem de eodem sunt: & quæ hæc sequuntur. positiq; temporis mutatio circa singularium naturam spectari: nullum autem in uniuersali-
E bus locum obtineat: nisi fabulosis simus usuri figmẽtis ad euertenda ea quæ plane sunt demonstrata.

VI Porro & hæ consequentes sunt, nempe huic, omnis est homo non iustus, illa, nullus est homo iustus, huic autem, quidam iustus homo est opposita, quæ non omnem esse dicit non iustum hominem. necesse est enim aliquem esse.

Contemplationis principio propositionum illarum quæ ex tertio apprædicato formantur, docebamur, quonam pacto integræ earum cõtradictiones inuicem sese ordine cõsequẽtiaq; haberent: conferebanturq; partes inter sese ipsarum, simplex uniuersalis affirmatio particulari transposititiæ negationi, ut illi quæ consequitur, eaq; amplior est. affirmatio uero ex transpositione uniuersalis simplici negationi, ceu modum ad illam eundem obtinenti. Nunc uero propositiones tradit eas nobis Ari-
F stoteles quæ quantitatem eandem quidem habent: mutuo uero se consequuntur non tota amplius contradictione toti conferenda: sed, ut dictum est, unius propositionis consonantia ad propositionem unam spectanda. Huic igitur / omnis homo nõ iustus est / cõsequentem illam esse ait / nullus homo est iustus. / Huic autem / quidam iustus est homo / illam / non omnis homo non iustus est. / Est enim, inquit, manifestum, si uerum hoc sit / non omnis homo nõ iustus est / necessario quendam esse hominem iustum. Nam si falsa illa sit / aliquis est iustus hnmo / nõ uera hæc erit / nõ omnis hõ non iustus, quod erat suppositum: sed quæ cum hac cõflictat, omnis nõ iustus. quamobrem particulares, quẽadmodum uniuersales, propositiones mutuo se consequũtur. Aristoteles ergo solis nõnullarum inuicem sese consequentium propositionum allatis nobis exemplis, à theoremate discessit. At dux ac præceptor noster deq; nobis benemeritus artificiosas admodum regulas nobis tradebat quibus liceret propositæ omni propositioni cõsequentem inuenire. Quãdoquidem nãq; tum ut totæ spectantur ꝓpositiones, tũ partes
G obtinent, uel ab eo quod in partibus earum discrimine, uel eo quod in totis ipsis uisitur oppositiones illarum capiebat. Verũ partes cũ due sint ꝓpositionum, subiectus terminus ac prædicatus, duo autem & circa eas totas ut totas qualitatẽ ac quantitatem cõtemplemur, oppositiones ꝓpositionum quatuor modis capi contingit. Nam si subiectorum nomine eas diuidas, uel finito subiecto præditas dices, uel infinito, si prædicatorum, uel esse simplices, uel ex transpositione. Rursusq; si à quantitate diuisionem facias illarum, alias uniuersales eẽ perhibueris, particulares alias, quasdam indefinitas, uel singulares. A qualitate affirmationes aliquas, negationes nõnullas. Hæc cum ita sint, ad propositionem respicere propositam suadebat, quo pacto in singulis his sese habeat, si inuenire cõsequentem uellemus: atq; hanc illi comitem esse affirmare, nempe subiecto termino & quantitate ei consimilẽ: cæteris ambobus dissimilẽ. Propositum sit nãq; huic, omnis homo iustus est, uel animal est, quo & particeps ueritatis oratio sit, cõsequentẽ inuenire: eoq; potis-
H simum quod neq; prodat exempla Aristoteles id genus ꝓpositionis. Ergo quoniam habet hæc finitum subiectũ, simplexq; est, itemq; uniuersalis atq; affirmatiua, ꝓpositionẽ finito prædicatam subiecto, haud uero etiã simplicẽ, sed ex trãspositione, & rursus quæ uniuersalis & ipsa qdẽ sit, nõ etiã tamẽ affirmatio, sed negatio, comitem huius esse oportebit. Quænam igiẽ ꝓpositio erit ex finito subiecto consistẽs transposititia uniuersalis negatio: illa nimirum quæ, nullus homo nõ iustus est, uel, nõ aĩal est, inquit. hæc igitur illam sequetur. eodem pacto & propositioni cuiq; alij, siue finitum subiectũ siue infinitum obtineat, cõsequentem reperies. Proderunt enim hæ nobis regulæ ad ea quoq; q̃ de ꝓñtia proppsitionũ ab Aristotele ex infinito subiecto cõsistentiũ deinceps ueniũt dicẽda. In præfinitis igitur non negationes tãtum sequi ex affirmationibus accidit, sed affirmationes quoq; ex negationibus. id ꝙ uel ipse post appositã parti-

I eularem negationem aperuit,cum illud subiunxit , { Necesse
est enim aliquem esse . } Q uod si modo sit in impræfinitis,
negationes ex affirmationibus , non affirmationes omnino ex
negationibus sequentur.id ; iure optimo, siquidem in ijs pro-
pter subiectos præfinitionibus carentes potest & in quopiam
alio preter id quod à subiecto significatur negatiua propositio
conuenire: ut/canis non est iustus homo/. At in præfinitis ex
quibus quoque Aristoteles deprompsit exempla, non hoc fie-
ri etiam potest:quoniam propositionem non amplius pręfini-
tam seruabimus: sed præfinitionem etiam prædicato iunge-
mus.uti cum dicimus/canis est nullus homo iustus/.Itaq; cum
de solis ijs indiuiduis quæ à subiecto ambiuntur uniuersale in
præfinitis dici prædicatum possit,accidit earum propositionũ
quæ hunc in modum pronunciantur utranque sequi ex altera.
In illo uero, { Huic autem/quidam iustus homo est/opposita,
quæ non omnem esse dicit non iustum hominem, } patet uer-
bum/opposita/nempe uniuersali à principio enumeratæ affir-
K mationi quæ est/omnis homo est non iustus/ab eo intelligi cui
contradictorie hæc opposita habetur/non omnis homo non iu
stus est/.Porro si quem hæc angat difficultas, quomodo in ijs
quę non sunt congruent regulæ illæ quas supra de propositio-
num consequentia tradidimus:ut in Hircoceruo.nam simplex
in eo uera est uniuersalis negatio.quę nulli Hircoceruo iustum
exempli causa inesse pronunciat:uniuersalis uero ex transposi-
tu affirmatio mentitur:quæ illi inesse omni/non iustum/fatetur
cum & hæc uera esse debeat:si nihil fuit quòd proditas regulas
reprehenderes,Primum quidem Aristotelem audiat, qui non
hic solum ex particulari simplici affirmatione particularem in
quit transposititiam negationem sequi : conuertiq; ad eam ne-
cessario:cum ait,huic autem/quidam iustus homo est/opposi-
ta,quę non omnem esse dicit non iustum hominem. { Necesse
est enim aliquem esse, } iustum uidelicet , si sit uera negatio:
sed ubi de propositionum quoque ex infinito subiecto condita
rum consequentia differit,uniuersali simplici negationi idem si
gnificare transposititiam uniuersalem affirmationem exclama
L uit.Nam hæc inquit/omnis non iustus non homo/illi/nullus iu
stus non homo/idem designat:cum eadem & in uniuersalibus
ijs uidelicet spectentur propositionibus quæ finitum habent
subiectum.Haud enim discrimen à subiectis aliquod circa pro
positiones eas accidit quæ se mutuo sequuntur . Deinde com-
munibus intelligat sese animi repugnare conceptibus,si uel ex
ijs quæ sunt uel ex ijs quæ non sunt quidquam esse affirmet quod
neque hoc,neque non hoc,ut neque bonum, neque non bonũ
esse possit.Nanque ex omnibus quæ hoc pacto affirmantur,fi
nita in solis ijs uera quæ ipsa admittere natura idonea sunt : cũ
illis actu impertiuntur,in omnibus preter illa mentiri est neces
se.Infinita autem ex opposito sese illis in falso ueroq; proferen
do habitura esse constat.nam hoc/est non iustus/non in homi-
nibus iniustis modo , uel medio habitu præditis , uel eo etiam
consequendo natura nondum aptis, sed in lapide quoque uer-
bi causa,& qui in ore omnium est Hircoceruo , uerum esse de
prehenditur.Quod si uerbum/est/uere de quopiam quod non
M sit dici, monstrum esse arbitretur , putetq; de quo prædicatur
hoc,id in ipsum esse prorsus transire, primum condiscat perpe
ram se quæ afferuntur ut negatiua id genus propositio nequa-
quam esse ostendatur,ad ueram eam non esse demonstrandã
transferre.Nam negatio quidem non esse merito propterea di
citur,quoniam aliquid omnino quanquam infinitum esse sta-
tuit:non ob id tamen aut falso dici illam,aut facere ut res ea sit
de qua prædicatur affirmabimus.Si enim ipsum per se solum/
est/de eo quod nõ sit appellaretur,ut est Hircoceruus,utiq; ali-
quid diceretur.nunc uero totum hoc inesse illi fertur, idest esse
non tali,ut non iusto:non simpliciter tamen esse . Prædicatur
nanque per accidens hoc loco/est/uerbum de Hircoceruo: ut
infra de propositione Poetam esse illum affirmante qui nõ am
plius Homerus est differetur. atque in his uera nihilominus erit
propositio,quam in quoquam ex ijs quæ sunt,ad recipiendum
uero ineptis aut iustitia minime pręditis hominibus; ceu cum/

lapis non iustus est/dicimus,uel/est Anytus non iustus/.Siquis N
autem quærat,cui non existenti Hircoceruo non iustum inesse
perhibentes uerum affirmemus,respondebimus,inesse illi quẽ
mente concipimus,: de quo tum opinabile prædicantes , tum
nominabile,quanquam finita sunt,uere pronunciabimus. Nã
quod nullo est modo,id neque in opinione uersari neque indi-
cari potest nomine:neque aliam quampiam prædicationem su
scipit:quasi neque proferri singulariter,neq; alio quopiã queat
numero:ut hospes Eleata disseruit.haud enim ei quod neutiq;
est unitatẽ aut numerum copulare, linum est lino annectere.
At id de quo quædam prædicare aggredimur,hoc necesse est
antea nobis sit animo conceptum:atque uel in sola imaginatio
ne essentiam obtineat uniuersam:aut ante nostram quoque co
gitationem ipsum per sese existat.Omninoq; ignorare ea neq;
quam conuenit quæ sunt in tertio Metaphysices pulcherrime
disputata:nempe diuinam re uera esse primi entis facultatem:
quę non solum ad materiam usque etiam prorsus informẽ,sed
ad priuationes quoque , & negationes , atque ipsum non ens
porrigitur:siquidem & ipsum/non ens/hoc ipsum esse/non ens O
affirmamus.Enimuero si ex eo quod affirmatio infinita eodem
quo simplex negatio reciprocare nequeat modo,nec affirma-
tio simplex quo infinita negatio,diuersam se illarum uim putet
ostendere,iustius hoc existimarit ex eo quod differens qualitas
sit propositionum nam qui tandem eadem affirmationi nullo
discrimine fieri posit negatio ? Sed neque id censuerit quispiã
neque propterea similes esse earum conuersiones ratio est,qđ
uerum ipsæ in ijsdem referant . Vniuersalis nanque inficiatio,
cum absolutam rerum earum quas significat discretionem de
claret,ad sese ob id ipsum commeat.est enim disiũctum quod
disiunctum est:ut lapide ab omni iustum, lapisq; ab omni iu-
sto.At uniuersalis affirmatio cum non hoc preterea,sed contra
rium profiteatur,quandamq; prædicati cum subiecto compo
sitionem præseferat,uel si infinitum aliquod subiecto coniun-
gat,non ipsa potest ad seipsam conuerti. quandoquidem cogi
tur ei omni quod infinite ab initio prædicatum est,subiectum
inesse dicere,quod illius expers quidem sit infinitudinis,cum eo P
tamen pariter extendi non possit. haud enim cõsentit ratio quo
niam non iustum omni conuenit lapidi, iam lapidem quoque
omni non iusto competere. nam latius patet quam lapis non
iustum. Quod si afferat ea quæ in tertiæ sectionis principio de
propositionum tum simplicium , tum ex transpositione , tum
etiam priuatiuarum prodita sunt consequentia, quibus osten-
debamus/homo iustus non est/simplicem negationem infini-
ta illa affirmatione/homo nõ iustus est/esse ampliorẽ, animad
uertat non ipsam per se à nobis finiti prædicati negationem af-
firmatione infiniti uniuersaliorem esse pronunciari:ut hoc/iu-
stus non est/illo/est non iustus/(hoc enim est falsum,) sed inte
gras propositiones si pręedicatas capiamus, dictam negationẽ
affirmatione esse communiorem deprehendi: propterea quod
uera & in ijs qui plane non sunt homines negatio est: ceu pro-
nuncians de cane ipsum non esse iustum hominem. falsa uero
affirmatio:non quod ipsum,non iustum/ de illo prædicet : sed
quod ea quæ præter hominem sunt,homines esse dicat non iu Q
stos.Itaque magis erat quærendum quomodo conuenire hęc
illis poterint quæ ad finem primi Resolutoriorum differuntur
uoluminis:nempe subiectum quidquam illi esse quod non eq̃
le est:idque esse inæquale:nihil uero illi quod non est æquale.
Ad quod uidelicet respondebimus,statui hæc in ijs Aristoteli
in quibus uerbum,est,per se prædicatur . Atque hæc illorum
indulta sint miseratiõi qui facile propter ingenij tarditatem fal
luntur.ijs uero qui animum intendere ac res pensitare quo-
quo modo possunt , oratio non necessario circa argutationes
quasdam adolescentulorum morari uidebitur.Hęc cum enu-
cleauerimus, patet pditas regulas in imprefinitis quoque pro
positionibus profecturas, nisi totas propositiones predicatas
ceperimus:sed solam predicatorum illarum ad subiectos cohę
rentiam attendamus.Nam quidquid iustum non est , necesse
est esse non iustum : & quidquid est non iustum , id non esse

A iustum est necesse. ipso nimirum/esse/cum fertur de non ente
per accidens prædicando.& quidquid est non iustum, necesse
est iustum non esse.quæ sapiens quoque Eleata plane decernit
in Sophista.

VII Illud vero etiam dilucet , si verum sit in
singularibus rogatum inficiari , verum quoque
esse affirmare ; vt num sapiens est Socrates ?
non . Socrates ergo non sapiens est . At in
vniuersalibus non ueram , eam quæ similiter
dicitur . sed veram negationem esse ; vt est ne
sapiens omnis homo ? non . omnis igitur ho-
mo non sapiens est , hoc enim est falsum ; sed
non omnis igitur homo sapiens , verum . Est
autem opposita hæc ; illa contraria.

B Hoc illi consequens præceptum est quod proxime tradidit;
fidemq; ex eo accipit.'Prius enim nos quali ueræ affirmationi
uera simul futura negatio sit,quæ similiter illi sese in quanto ha
beat docebat,nunc uero exponit quali mentiente affirmatione
simplici,affirmationem ex transpositu in ijsdem terminis,quã-
toque eodem prolatam uerum fateri sit necesse:quali uero nõ
liceat.Atque in singularibus quidem inquit simplex affirmatio
si conuincatur mendacij,trãsposititiam affirmationem ueram
necessario futuram.In uniuersalibus uero uniuersaliter, falsam
transposititiam necesse cum simplici esse affirmatione.Deinde
utile præceptum ad disputantium quoque reddens colloquia,
nosq; attentiores faciens ne ab eo quod in propositionibus ac-
cidit nonnullis,in omnibus etiam similiter prolatis eodem pa-
cto rem sese habere facile concedamus,sermonẽ deducit, qua
si propositiones in interrogatione proferantur . Atque si ad eũ
inquit qui de singulari affirmatione quapiam simplici rogetur,
ut,num sapiens est Socrates ? , uerum fuerit, si ita statuerimus
C negare,hoc est negatiuam partem respondere,atque, non , di-
cere:de ipso quoque negare,uerum plane erit hoc est transpo-
sititiam affirmationem negatiua particula prædicato anteposi
ta constituere;ac Socrates ergo non sapiens est ; uel non iniu-
stus,uel non pennatus,ut & re ipsa uera oratio sit,pronuncia-
re.Ad eum uero qui uniuersaliter de affirmatione aliqua sim-
plici interrogat,ut est ne sapiens omnis homo ? , uerum quidẽ
est inficiari,ac,non,respondere;rursus tamen interrogationem
responsionemque componere , atque in affirmationis unius
trãsposititię speciem effingere,quæ est,omnis igitur homo nõ
sapiens est,uerum præterea non erit . Huiusce autem rei causa
est,quod affirmatio transposititia in singularibus simplici infi-
ciationi tantũdem ualet;ut ex traditis nuper regulis didicimus,
simplici autẽ mentiente affirmatione, tum uera ex necessitate
illius negatio est,tum transposititia affirmatio, quæ uiribus illã
exæquat.in uniuersalibus uero affirmatio transposititia nõ ne-
gationi quæ simplici affirmationi contradicit,sed illius contra-
D riæ pares uires obtinet. Q ui enim,omnis homo non sapiens
est,ait,idem loquitur dicenti,nullus homo est sapiens , ac uer-
bum,sapiens,à singularibus omnibus seiungit hominibus . nõ
autem ab eo duntaxat tollit quod est prædicari de omnibus.id
quod facit is qui,non omnis homo est sapiens inquit. Q uan-
doquidem igitur necesse est simul falsas inter se esse contrarias
affirmationem ex transpositione,secũdum traditas regulas de
propositionum consequentia , idem sonare negationi illi dixi-
mus quæ simplici contraria est affirmationi;atque hanc ob id
simul cum illa mentiri est necesse.quod in singularibus propo
sitionibus fieri nequaquam potuit. siquidem in illis affirmatio-
ni una sola opposita est negatio,quæ illi contradicit;nulla uero
ut contraria . at depugnantibus cum uniuersali affimatione
duabus negationibus , contraria illi uidelicet , simul cum ea
mendax erit,transposititiaq; affirmatio tantũdem illi obtinens
uirium:quæ autem contradictorie illam oppugnat,uerum pro

fitebitur,quocirca uerum hoc esse ait,non omnis igitur sapiens
homo,.Sed quid de cæteris dicemus affirmationibus tum im-
præfinita,tum particulari ? Itaque habere has sese perinde in E
quam ac singularis:propterea quoniam nec simul cum ijs fal-
sa quæpiam est:sed uel simul uera , uel cum ipsarum utraque
uerum falsumq; diuidit.Quapropter mentiente hac interroga
tione,est ne homo pennatus ? , neque hæc ergo non pennatus
homo est,neque illa , quidam igitur non pennatus est homo,
transposititia falsa est affirmatio.

Per infinita autem nomina verbaque op- VIII
positæ , vt in , non homo , & , non iustus ,si-
ne nomine & verbo videri tanquam negatio-
nes possunt ; verum non sunt . Nam necesse
est veram semper esse aut mentiri negationem,
qui autem dixit , non homo, nihil eo magis q̃
qui homo protulit , immo etiam minus verum F
effatus est , aut falsum ; nisi additum quidpiam
fuerit .

Cum propositiones nobis ex infinito subiecto constitutas
ad secundi capitis conclusionem traderet,indicauit, ut ibi quo
que annotauimus,infinita nomina uenire in suspicionem pos-
se ut negationes esse existimentur;nec ita tamen se habere,ubi
dixit;nulla autem sine uerbo affirmatio est . Hic uero cum &
prius duplicem nobis tradiderit propositionum differentiam,
sitq; deinceps illaturus,alteram à finitudine infinitudineq; sub
iectorum,alteram à finitudine prædicatorum atque infinitudi
ne,ueritus iure est ne,non,negatiua particula nominibus addi-
ta in subiectis infinitis,& uerbis in infinitis prædicatis,fieret ut
imperitiores nonnulli uel ab ipsis,si per se dicerentur, infinitis,
nominibus,uerbisq; infinitis fieri posse negationes putarent; p
tinusq; errorem sanauit qui oriri inde potuisset;cum quantum
à negationibus distent ostenderit.Itaque { Per infinita aũt, }
inquit, { Nomina uerbaque oppositæ, } idque breuitatis cau- G
sa per defectum pronunciauit.neque enim quænam oppositæ
sint explicatum est; nec quibus oppositæ , integra autem hæc
fuerit lectio, Voces autem per infinita nomina uerbaque oppo
sitæ per finita oppositis,ipsarum illarum finitarum uideri ne-
gationes possunt; infinitorum quidem nominum uoces nega-
tiones esse sine uerbo;infinitorum autem uerborum,sine nomi
ne negationes;quasi ex ambobus nomine & uerbo compleri
debeat uera negatio:non tamen etiam re uera negationes sunt III
inquit.idque in secunda figura euidenter colligit;cum ait,neces
se omnino esse negationes,cum in enunciatiuarum orationum
genere sint,aut uerum;aut falsum profiteri. ab infinitis autem
nominibus ut non homine,uerbisq; infinitis ut non iusto , ne-
que uerum ullum posse,neque falsum indicari,atque hæc pro-
pterea negationes non esse . Porro quod nihil ueri significent
aut falsi,finitis ea nominibus conferens & uerbis, argumẽtoq;
utens à maiore & minore euidenter probauit.Nam si finita na
turam quandam finitam declarant,atque hac ipsa re sunt infi- H
nitis magis idonea ad uerum aliquod falsumue indicandum,si
spectari hęc in simplicibus uocibus natura uoluisset,nec tamẽ
eiusmodi quidquam significant,ut sæpe ante commemoraui-
mus,ergo infinita cum naturas quæ à finitis indicantur de me
dio tollant, nullamq; inuehant aliam , sed omnibus quæ sunt
quæque non sunt conuenire similiter possint,longe magis ab-
erunt ut uerum aliquod aut falsum significent.id quod ipse in-
dicauit , cum ea dixit minus illis uerum aut falsum proferre,
{ Nisi additum quidpiam fuerit. } Nam si uel infinito nomini
uerbum quodpiam addiderimus,non id solum quod à prædi-
cando uerbum appellatur,ut,iustus , sed huic insuper & illud
quod adsignificat tempus quoddam ; uel uerbo infinito quod
quoniam prædicatur ita dicitur,ut non iustus,tum nomẽ,tum
quod à tempore uerbum uocatur,uel huic quod est, nõ ambu
lat,atq; alijs quæ propter tempus infinita uerba nuncupantur

I nomē dūtaxat, tunc absolutam numeris omnibus orationem conficimus ueritatis aut falsitatis receptricem.

IX Enimuero hæc, est omnis iustus non homo, idem nulli significat illarum: neque huic opposita: nempe hæc, omnis non homo iustus non est. At hæc, omnis non iustus non homo, idem illi indicat, nullus non homo iustus.

Quæ differuntur hoc loco cōtinua serie superioribus iūcta eē oportebat q̄ de cōsequentibus mutuo se ꝓpositionibus prodita sunt in q̄bus dicebat, Porro & hæ cōsequētes sunt. Ibi enī cū ꝓpositionū nobis earū q̄ ex finito cōstant subto cōsequentiam tradiderit hic docet q̄ rōne subto quoq; infinito p̄ditę sese inuicē sequant. Sed p̄ceptionis cōtinuitatē ꝓxime q̄dem infinitorū discretio nominū uerborūq; à negationibus diremit. ante illud uero, cū q̄bus simplicibus mentiētibus affirmatiōibus explicabat q̄ infinitū p̄dicatū obtinētes uerū necessario faterētur
K id ꝙ mō q̄dam ijs repugnat q̄ de cōsequentia dicta sunt: cū tn̄ sit illis ꝓpinquū: ꝓpositionesq; alias ex finitis utrisq; capiat terminis, alias ex finito subto cōsistētes p̄dicato īfinito. Ergo post illa cōsequentiā nobis, ut dictū ē, traditurus earū ꝓpositionum q̄ ex infinito subto cōplent, necessario tū ad similia tū ad ea q̄ post addēda erāt, de infinitis ipsis uocibus, q̄uim habeāt, disputauit: Iccirco post hæc quoq; cū illis cōsequēs tradat, iure adijcit qua rōne subto infinito p̄ditæ ꝓpositiones sese inuicē sequātur. Ac primū monet sp̄em eē aliā id genus ꝓpositionū ab ijs quæ ex finito subto formant. Nā uerba illa, { Nulli illarum, } de ijs ītelligit q̄ finito sunt p̄dicato: quarū prius docuit cōsequētiam. q̄uo enī significare idē infiniti subiecti ꝓpositiōes finitu ꝓpositionibus ualeāt: Deinde cū una & in his exposita ꝓpositione q̄ ambo īfinita subtum p̄dicatūq; obtinet, nimirū hac, oīs nō hō nō iustus est, cōsequentē eā eē illi, nullus nō hō iustus est, ꝓnūciauerit, ad alterius p̄cepti cōsiderationē p̄rexit. Quod siquis & alij qualicūq; ex infinito subto cōflatæ uelit ꝓpositioni cōsequentē inuenire, facile is ab illis regulis quas supra edidimus in
L uentionē tenebit. Cōstat aūt fore ut ea q̄ post cōstantiū ex & finito subto ꝓpositionū cōsequētiæ cōtemplationē de eo ꝓdita sunt ꝙ mentiēte simplici in ipsis affirmatiōe, trāspositiua q̄nq; uera, interdū falsa dep̄hendat, in ijs ēt q̄ subtum habēt ex finito non secus atq; in illis conueniant: id quod uidetur Aristoteles ceu manifestum omisisse.

X Nomina autē & verba si trāsponant, idē significant: vt, est albus homo, est homo albus. Hoc enim nisi sit, plures erūt eiusdē negatiōes: sed ostēsum est vnius eē vnā. Huius nāq;, est albus homo negatio est, nō est albus homo, huius vero, est homo albus, nisi illi, est albus homo, eadē sit, uel illa erit negatio, nō est albus nō homo, vel hęc, nō est homo albus. Sed altera, nēpe illa, nō est albus nō
M homo, huius, nō hō est albus, negatio est. huiusce vero altera, est albus hō, quāobrē duæ erūt vnius. Itaq; transponēdo nomine & verbo eandem affirmationem ac negationē fieri cōpertum est.

Cōsequēs hoc quoq; p̄ceptū ijs ē q̄ supra nobis tradita sunt Cū.n. de cōsequētibus, qd' p̄inde est ac si de uerū sil' ꝓferentibus dixeris inuicē ꝓpositionibus disseruisset, ꝑ hæc nos ꝓpositiones eē docet nōnullas q̄ diuersæ quidē eē, simulq; uerū mutuo uidenē asserere: nullā tn̄ inter se reuera p̄ter q̄; in dictione differentiā obtinēt. id genus aūt eas eē in q̄bus trāsposita, q̄d ipse ait, nomina & uerba. hoc est subta p̄dicataq; sunt: ut quę ipse attulit exēpla declarant, est homo albus, & est albus homo, quippe in huiusce generis propositionibus cum circa prædicatum solū trāspositio fiat atq. subtum, nomē dixit uerbūq; transponi: uocatq; trāspositiōis nomine, ordinis mutationē q̄ ad ꝓnunciationē ꝑtinet, idest hoc ante illud nos in ꝓpositione, uel ante hoc illud ꝓferre. N Nullā.n. in ꝓpositionibus penes significata trāspositio talis nominū & uerborū īmutationē facit nam in cōcinnāda locutiōe talis nominū ordo ac uerborū plurimū affert discriminis. haud.n. hoc dicere, in Pireęū descēdi heri, ꝑīn de auribus gratū ē atq; illud, heri in Piręæū descēdi/. Quāobrē oratoribus nō solū nominū ac uerborū delectus, sed talis q̄q; ipsorū cōpositiōis plurima rō habet. q̄d uero ad ip̄m attinet significatū de q̄ p̄cipua cura est Phis, nihil hoc illo differt. Dicit & alia q̄dam trāspositio nominū ac uerborū, à finitis trāsitus ad infinita: q̄ ꝓpositiōes ꝓrsus euariat. sed nihil hoc ad ea quę nūc ab Arist. tradunt. Exq̄site aūt admodū à nominū atq; uerborū trāspositione dūtaxat ꝓpositiones easdē seruari dixit: ut, homo iustus est, homo est iustus: iustus hō est, iustus est homo. est hō iustus, est iustus hō/. Nā negatiua ꝑticula si ꝑ seipsa trāsponat, oīno ꝓpositiones īmutat. ac si subto iungat, affirmationem facit ex infinito subto cōsistentē. sin p̄dicato, trāspositiuā affirmationē. sin/uerbo/est/aut in p̄finitis ꝓpositionibus ascitę p̄finitioni copulet, negationē cōstituit. sin uero cū uerbo, est, O cui in primitiua cōstructa est ꝓpositione q̄s ipsam trāsponat, sic quoq; eadē ꝓpterea manet ꝓpositio, q̄m infinitū id uerbū sit q̄d ē trāspositū, nō aūt ꝑ se negatiua ꝑticula: ut, nō ē hō albus, hō nō ē albus, hō alb' nō ē. atq; hęc q̄ dē patēt. Arist. uero à scd̄o ex hypotheticis, sequētis abolitione sit tollēdo antecedēte, ꝓpositi ꝓblematis demōstrationē facit, nēpe easdē eē & est hō albus, &, ē albus hō/. Nā si eædē, inq̄t, quas diximus, nō sint ꝓpositiones, accidit affirmatiōis eiusdē eē negatiōes plures. sed hoc fieri neq̄t: ut supra oñsum est: cū dixit. Porro & inficiationem unam constat unius affirmationis futurā. non igitur quas cōmemorauimus propositiones mutuo differunt. Sed undenā si propositiones diuersæ eæ sint de q̄bus loquimur, plures affirmationis eiusdē sequitur haberi inficiationes? q̄m si diuersa est hæc inq̄t, est albus hō/affirmatio, ab illa, est hō albus/negationes quoq; diuersæ erūt illarum si unius affirmatiōis est una negatio. sed huius, est albus homo, negatio est, nō est albus hō huius ergo, est hō albus, alia q̄dam erit negatio. Itaq; uel hanc P non est homo albus uel illam. non est non hō albus, eius eē negationem dices. Sed illa non est nō homo albus, illius est negatio, est non hō albus, affirmationis. eodē mō & quancūq; p̄ter hanc, non est hō albus, aliam acceperis, eam alterius cuiuspiā negationem esse inuenies affirmationis. Necesse est igitur hanc non est hō albus/affirmationis illius, est hō albus, negationem esse. uerū hæc, non est hō albus, huiusce quoq; affirmationis, ē albus hō, negatio est: nō ꝓpterea qd', ut q̄dam arbitrantur, uerum & falsum cum ea non in hac solū aut illa, ut in ꝓpositionibus q̄busdam, uelut cōtrarijs, aut particularibus fieri accidit, sed absolute in oī mā ꝑpetuo diuidāt. (hæc.n. illorum sunt, quibus q̄ de his p̄cepit Aristo. memoria excidere.) sed q̄m solis hę p̄finitionibus differunt à p̄finitis. huic aūt, oīs est albus hō, contradicit harū dubioprocul utraq;, nō oīs est albus hō, non oīs ē hō albus. eodē pacto in, aliq̄s, ēt &, nullus,. Quapropter uel in īpræfinitis id ita se habebit: nō q̄ad cōtradicāt: sed quatenus nihil minus q̄; rel qua utrauis habeat ut eiusdē affirmationis negatio sit. Quare, id q̄d dicebamus, duę unius affirmationis, hu- Q ius nimirū, est albus hō, inficiationes erunt: & hæc nō ē albus hō, & hæc, nō est hō albus/. Fieri igit̄ poterat ut idem breuius colligeret, si qua rōne duas affirmamus negatiōes uni affirmationi repugnare, eadē duarū p̄dictarū affirmationū unā fore negationem hanc dicas, non est albus hō. Sed uidet̄ Aristo. affirmationem, quasi finis quædam formaq; sit unam sumpsisse: rōnemq; abducere ad incōmodum: q̄d est cum eadem ceu forma priuationes duas cōfligere. Illud uero aliquis in quæstionē aduocarit, quod iam nobis quidam soluendum proposuit, quanam igitur ratione contigerit ut uniuersalis affirmatiua propositio in se ipsa reflectatur: si uerum quod ab Aristotele traditur præceptum sit. Huic nāq; affirmationi, omnis hō animal, uerū simul nunciabit quæ, omne animal hominem eē affirmat, subiecti solum in ipsis ac prædicati ordine inuerso. Cui respon-

debimus,

A debimus in sola maxime pronunciatione censeri ab Aristotele transpositionem fieri terminorum, eandemq; utriusque potestatem seruari. i. & subiectum uel post transpositionē subiectum manere: simili modo & p̄dicatum. Non ex eo subiectū ac prædicatum dijudicamus ꝙ primum in propositione aut secūdum dicatur: sed ex illis distinctionibus q̄s de ipsis olim tradidimus, nempe ꝙ alterum sit id de quo habetur oratio: alterū quod fert̄ de illo. q̄dq; aut apud Grecos articulū/hoc/uel apud omnes p̄finitionem aliquam habeat, aut posit assumere: illud nequaquā. Itaq; in expositis ab Aristotele ꝓpositiōibus. &/homo/in utraq; subiacet (nam de eo sermo est) & album p̄dicat̄. At in illis/oīs homo animal, omne aīal homo/neq; idem subiectus est: nec p̄dicatus: id q̄d p̄ęfinitio declarat alias alij termino coniuncta. Deinde q̄d de negatiua differebamus particula, si sola transponatur, alias ex alijs ꝓpositiones fieri. sin cum parte ea ꝓpositionis cui cōnexa ab initio est quouis mō transponatur, ꝓpositionē eādem seruari: idem fieri & in p̄finitionibus accidit: q̄ si solę alio transferantur, ꝓpositiones inuertunt quā-
B doq; falsasq; ex ueris efficiūt: quēadmodum res sese in ꝓditis habet exēplis. ꝙ si cum terminis ijs transponātur quibus principio adhæsere, propositiones faciunt easdem: ut/omnis homo animal est, est oīs homo animal, animal omnis hō est, est aīal omnis hō/: ac quotquot aliter modis interserere eas licet. Videtur ergo significatū quādoq; in negationibus diuersum, id q̄d antea diximus, ipsius/non est/transpositione fieri. sed primum cum secundā quoq; in eodem cum priore ꝓpositione sensu ꝓferimus, nulla erit in significatis differentia. Deinde uerba fecit Aristoteles in affirmationibus: in quibus uerbo/est/in eadem sede seruato solum subiectum ac prædicatum trāsposuit: perinde quasi & in negationibus eadem fieri debeāt: si ne uisio q̄dem futura ulla sit īmutandæ propositionis.

XI Vnum autē de pluribus, vel plura de vno affirmare ac negare, nisi vnum quidpiam id sit quod ex pluribus illis declaratur, nō est affirmatio una neq; negatio Porro vnum inq̄ non si nomen po
C situm vnum sit, non autem vnum ex ijs aliq̄d cōstet: ut hō fortasis & animal est & bipes & cicur. sed & vnum quiddā ex hisce conficitur: haud uero unū ex albo & homine & ambulante. Quare nec si unū de his aliquid affirmauerit quispiā, erit una affirmatio: sed uox una, affirmationes multæ: neq; si hæc de uno, sed plures similiter.

Superius quoq; ꝓpositionis eius quæ uere una esset: & quæ
» esse quidem uideretur, nec tamen esset discretionē tradidit no-
» bis Philosophus: ubi dixit, Vna autem est affirmatio atq; nega
» tio quæ unum de uno significat. & uero de eodem nunc rursus
» theoremate disputat: non idem repetens: neq; propterea quod cum de simplicissimis antea propositionibus uerba fecerit, de ijs agat in præsentia quę ex tertio apprædicato formantur: (nā neq; hoc absurdum forsitan esset, in specie propositionū utraq; ostendere discretionem quam diximus enūciatiuarum oratio-
D num eadem ratione fieri). Verum si mihi id dicēdum est quod sentio, cum prius de ijs negationibus quæ ad aliquam interrogationem fiunt, quando possint coniunctæ interrogationibus affirmationem ex transpositione ueram facere, quando secus, differuerit, uult q̄d rudius illic sumptū est, articulate iterū explicando circūspectiores nos reddere, ne prompte una respōsione factæ interrogationi occurramus. haud enim sane & cū uidetur esse una, re uera tamen non una fuerit. Itaq; ad id pernoscendum, quænam una inquā dialectica interrogatio, & q̄ non una sit, habēdæ ad manū regulæ erant illæ unius ac non unius
» propositionis discernendæ: si interrogatio ipsa dialectica, quę-
» dam sit ꝓpositio. Quocirca retractare nunc Aristoteles considerationem huiusce uidetur præcepti. Id autem palam facit ex illo quod pręceptionem qua quando non una responsione E occurrere interrogationi oporteat intelligitur, uelut horum cōclusionem inferat: dicatq;. Itaque si disputatoria interrogatio, responsionis postulatio est, et reliqua, responsio ad hęc una nō erit. (neq; enim una est interrogatio). Ac de propositorū quidem scopo atq; ordine hæc dicta sufficiant. De ijs uero ea loquitur non quæ superius docuit (nam hoc eadem inculcantis plane esset): sed aliam quoq; nobis differentiam tradit eius ꝓpositionis quæ re uera una est ac eius quæ una esse dūtaxat uidetur. Cæterum quo facilius quę cōmemoranda sunt assequamur, quoniam qui in propositionibus termini sumuntur, & uoces quædam sint necesse est, & res quasdam significent, quatuor ut fiant illarum differentiæ usu uenire arbitramur. Nam aut simplices ambo in uoce & significato, uel in neutro, uel in altero sunt. idque duobus modis fieri perspectum est. Ergo si uterq; in ambobus simplicitatis compos est terminus, propositionem unam esse nemo inficiabitur: uti cum/homo animal est/pronunciamus. Ac si in solo significato, non autē in dictio-
ne habeatur, sic quoq; erit una: quāuis ob eam uarietatem quę F circa dictionem, uel in uno termino uel in ambobus uisitatur, ut aperte una sit, minus obtineat: ceu cum/homo animal rationale mortale est/dicimus: uel/animal rationale mortale, substantia est compos animę, sensus particeps. Quod si in sola dictione terminis adsit simplicitas, quorū scilicet aut ambos aut alterum etiam æquiuocos ceperis, non etiam una est propositio. Sed antea nobis hac in re differentiam tradebat, cum diceret. Quod si duobus unum sit inditum nomen. & Siquis uerbi »
causa nomen tunicam equo imponat, atq; homini. Restat igit̄ »
una adhuc differentia, qua termini tum dictione tum significatis uel ambo rursus uel solus alter multiplicati assumūtur. Sed cum uero similius esse existimarit Aristoteles ad unam illam quæ una non est propositionem putandam, alterum dūtaxat terminum in ambobus uarium, altero uere uno existente, magis quam utrūq; suppo fuisse, ac simul quasi una cū hoc à maiore ostendatur suppositio altera quę utrūq; terminum nullius esse supponit simplicitatis participem, in hac sermonem deducit: nec si unum de multis uel multa de uno affirmatiue aut ne- G gatiue prædicentur, negationem unam fieri censet: nisi unum quidpiam ex pluribus illis pręedicatis aut subiectis gignatur: ut in sola rursus dictione spectetur uarietas, significatum sit simplex: quomodo rem sese habere in definitionibus diximus. Cęterum cum subiungat hoc Aristoteles, { Porro unum inquā, non si nomen positum unum sit: non autē unum ex ijs aliquid constet, } id illi iungi autumarunt quidam interpretes { Nisi unum quidpiam id sit quod ex pluribus illis cōficitur: } quasi declarante per hæc Philosopho quonam pacto habere se unū illud debeat quod constare ex pluribus dicitur: nempe uno q̄dem plane p̄ditum esse nomine: non tn̄ nomine dūtaxat unum
id esse oportere: ceu cum acceptum de ipsis ęquiuoce prędica- »
tum fuerit: sed significato potissimum. Nihilq; quod ait ab eo »
quod iam antea ꝓditum est, putant differre/Siquis uerbi causa nomē tunicam equo imponat atq; homini/eademq; rursus de ijs cōmemorari arbitrātur. At dicere satius forsitā sit, magisq; sequentibus consentaneum, cum bis in ijs quæ ante proxime H recitata sunt unius meminerit, tum cum dixit/unum autem de pluribus uel plura de uno, tum rursus cū deinceps addidit/nisi unum quidpiam id sit quod ex pluribus illis conficitur, sitque prius illud uelut actu in propositione acceptum, unumq; re ex confesso esse debeat: posterius uero non ut actu quidem sumptum, debeat tamē si una futura ꝓpositio sit, ex pluribus actu ascitis constare, hæc eum nunc ad utrūq; unius significatum referre. ac per uerba illa/ Porro unum inquam propositum sibi esse à principio docere de uno bis antedicto cautiōes tradere: per ea autem quæ deinceps addit, non si nomen positum unū sit, non autem unum ex ijs aliquid constet/ bis rursus unius meminisse: non tamen de eodem, ut quisquam existimauerit, atque uno termino differere: atq; distinguere qua ratione ipse si unus, qua uero nisi unus sit sumptus multas esse pro una ꝓ-

I positiones accidat; sed alterum, nempe illud/si nomē positum
unum sit/de uno reuera accepto termino tum uoce, tum signi
ficatu pronunciare. illud uero/non autem unum ex ijs aliquid
constet/de altero q̄d actu in uoce multitudinem obtinet. Nam
si subiecto uel prædicato uno quopiam posito noīe, atq; unam
rem aliquam significante, ex multis ijs de illo predicatis, aut illi
subiectis unum quiddam non constet, non una amplius est ꝓ
positio; sed quotquot prædicata uel subiecta numero fuerint.
Hoc autem, quod sibi uult, illud esse, planissime ijs quæ appo-
nit exemplis declarat. nam uelut subiecto uno quopiam acce-
pto homine, plures simul de eo uoces prædicat rerum illarum
significatrices quę per essentiam de subiecto appellantur: mu-
tuoq; ad fintionē illius conficiendā possunt suapte natura con
iungi. posterius uero, plures quidem simul iterum uoces: uerū
ea significantes quæ in subiecto per accidens insunt: eaq; de re
coalescere inter se nequeūt. ac propositionem eam inquit quæ
ex uno subiecto & contextilibus prædicatis conficitur, non so
K lum uoce, sed potestate quoq; unam esse, cum complicata in-
ter se plura illa de uno subiecto prædicauerimus. quæ autem
ex uno subiecto coagmentationiq; ineptis prædicatis constitui
tur, unam eam uere fieri nunquam: uel si illis nos uoce confer-
tis inuicem accidentibus, simul omnia ut unum quid prædica-
re de subiecto contenderimus. Ita nāq; usu ueniet, ut & propo
sitio uoce una esse uideatur; facultate uero ipsius unius p̄ticeps
neutiquam sit. Atque hęc hunc in modum explicando, nusquā
in ijs loqui de æquiuoco prædicato, uel subiecto quidquam ui
detur. Cum autem de ijs prius ipsis, uti diximus, quæ per essen
tiam prædicantur mentionem faciat, de subiecto prędicari dif-
ferenter ea posse indicat. Nam non uoce solum quandoq;, sed
etiam significatis prædicantur ut multa; nec unam sed plures
propositiones efficiunt. interdum uero sola uoce obtinent mul-
titudinem; atq; unam plane propositionem reddunt. Quippe
animali & bipede & cicure, quæ per essentiam prędicantur de
homine, complereq; eius finitionem possunt, exempli gratia, ut
{ Fortassis } quoq; aduerbium illis præpositum declarat, ca-
L piendo, { Sed & unum quiddam ex hisce } inquit { Confici-
tur. } perinde quasi cum/homo animal est, & bipes, & cicur/
dicimus, plura sumpta sint propter coniunctiones prædicata,
ac propositiones faciant multas. Simile enim quidpiam nobis
fit, ac si diceremus/homo animal est: homo est bipes, homo ci
cur est/; quod plane est propositiones deinceps multas pronū-
ciare quæ eodem utantur subiecto. Quando uero prædicatis
citra cōiunctiones assumptis mutuoq; cōnexis/homo animās
bipes cicur est/deinceps proferimus, neq; illorum continuita-
tem quæ finitionem cōplent medio silentio intersecamus, unū
acceptum sit prædicatum: unamq; omnino propositionem cō
stituat. Hæc cum de his disseruerit, de ijs addit postea quæ de
quoquam prædicantur. ex accidente; atq; unam inquit prædi-
cationem, uel propōnem unam etsi ea sine interuallo prædica
uerimus, fieri nunquam posse; ut in finitionibus faciebamus.
Non enim quo modo animās & bipes & cicur inter sese ad na
turæ unius constitutionem cōmiscebantur, sic plura quoq; uel
M inter se, uel cōmuni eorum subiecto mista accidentia unam p̄-
stare possunt naturam. Quare nec qui/homo albus ambulans
est/dixit, ꝓpositionem unam protulit. quandoquidem nec unū
est prędicatum: ut post enuncleate disputabitur, estq; perinde,
ac si/homo albus est, homo ambulans est/diceremus. nec qui/
Socrates homo albus ambulans est/pronunciauit; quoniā ne-
que in his prędicatum unum quodpiam fit, ceu multis accidē-
tibus homini ascitis. Sed de his post exactius agetur.

XII Itaque si disputatoria interrogatio responden
dæ vel propositionis, vel contradictionis partis al
terius postulatio est, propositio autem vnius pars
est contradictionis, vtiq; responsio ad hęc vna nō
erit (neque enim vna est interrogatio.) ne si vera
quidem fuerit. De ijs autem in Topicis disputatū
est. Simul vero dilucet neq; ipsum, quid est, dispu N
tatoriam esse interrogationē. Datum enim sit ex
interrogatione opus est vtrā partem velit cōtradi
ctionis eligere. sed q interrogat, distinctionē vtrū
hoc homo sit, an non. hoc, oportet adhibeat.

Tradunt Veteres duplicem speciem esse interrogationis: al
teram disputatoriæ seu dialecticæ: alteram eius quę percuncta
trix, Græce pysmatice nominatur. Atq; interrogationē dispu-
tatoriam quidem illā esse aiunt, ad quam licet particulam solā
/etiam/uel/non/dicendo respondere : significandoq; annuere
dūtaxat aut renuere; ut/est ne īmortalis animus?/Ad eum eniz
qui hoc interrogauit explendum, annuisse etiam solūmodo uel
renuisse satis est; quando, id quod est consequens, alteram dū-
taxat qui interrogat partem dixerit contradictionis. Nam uel
/etiam/particulam proferendo, uel annuendo, interrogatiuę ꝓ
nunciatam partem contradictionis, siue affirmatiua seu nega- O
tiua sit, ueram esse confitemur. Sæpe enim & per negationem
rogamur; ut/an non est animus īmortalis?/per particulam au-
tem/non/respondēdo. renuendoq;, aduersus interrogationem
depugnamus: reliquam uero fatemur ueram esse contradictio
nis partem. Quod si quis contradictionem totam in interroga
tione protulerit, ut/num immortalis animus est, an secus?/ita
quoq; uel/etiam/uel/non/respondenti dicendum est. Verum
si affirmationem magis probet, /etiam/dicet: ipsamq; illi parti-
culæ affirmationem addet, atq;/etiam; īmortalis est/pronun-
ciabit. Nam nisi adijciatur affirmatio, incertum est ad utrā in-
terrogatæ partem contradictionis aduerbium hoc/etiam/sit
responsum. Sin negationem, &/non/respondebit, & eandem
rursus negationem adiunget, dicetq;/non, nō est immortalis/.
ac disputatoriā quidem interrogationem id genus eē ait. Per-
cūctatricem uero, ad quam neq;/etiam/neq;/non/accōmoda-
ri queunt p̄ticulæ; alia uero dictione, quādoq; & longiore ora-
tione illi qui interrogatur opus est ad responsionem. Quippe P
eorum est percūctatrix interrogatio qui quidquam de aliquo
doceri uolunt: ut/quando uenisti? quis uocat? ubi nam habi-
tas? unde immortalem constat animum esse? cur magnes fer-
rum attrahit lapis?/Atque ei qui percūctatrice interrogatione
prouocatur, quidquid uelit quod interrogationi possit cōgrue
re, cum innumera sint illa, seu uerum uidelicet, seu falsum pro-
fiteatur, respondere est integrum. Qui uero disputatoria cietur
interrogatione, is contradictionis, cuius pars est prolata inter-
rogatio, uel affirmationem, uel negationem, aliudq; pręter hęc
nihil respondere compellitur. Hæc igitur cum ita sint, iure in-
quit Aristoteles, { Si disputatoria interrogatio responsionis
postulatio est, } non cuiuslibet, sed { Vel propositionis }
idest partis ipsius quę actu ab interrogante prolata est contra-
dictionis, atque interrogatio ad dijudicationem proposita, id
quod tūc fit, uti diximus, cum qui interrogatus est aut/etiam/
responderit, aut quoq; annuerit. { Vel contradictionis partis
alterius: } quæ non actu quidem ab interrogante prodita est: Q
sed in ipsa interrogatione, ut negatiuæ responsione declarant,
potestate comprehenditur. per has enim partem reliquam cō-
tradictionis præter interrogationē nobis placere enunciamus:
ut quæ potestate in interrogatione ad dijudicandum proposi-
ta est. nam si nullo modo facta sit īterrogatio, patet nullā fieri
responsionem posse. Ergo si hæc ita se habēt, eumq; oportet q
disputatorię occurrit interrogationi per solā ꝓpositionē respō
dere unam quādā ab eo qui interrogauit uel actu uel facultate
oblatam, una autem propositio unius pars est cōtradictionis,
contradictio uero una, ut ante explicatū est, eiusdē est de eodē,
nec ullo modo æquiuocatione utitur, si hæc ita se hn̄t oīa, quæ
partim cōmemorauit Aristoteles partim uelut cōmemoratis
cōsequētia omisit, { Vtiq; responsio ad hæc, } inquit, { Vna
nō erit. } hęc aūt illa intelligit, de qbus ꝓxime agebat: hoc est
interrogationes qbus ꝓpōnes nobis ꝓponunt nonnullę q̄ sm̄
paulo ante de ipsis traditas p̄finitiones uidētur esse una: re ue-
ra sunt

A ra sunt multę. Causamq; adiecit ilico, cur non una responsio-
nē occurere eiusmodi oporteat interrogationibus: cum dicit,
{ Neque enim una est interrogatio. } Quo fit ut qui ad hanc
respondet, is secundum aliud aliudq; eorum quæ uel ut subie-
cta uel ut prædicata significantur à propositione simul & ue-
rum dicat & mentiatur: seu tanquam æquiuoca ea sint, ut su-
prad ctum est, seu diuersis etiam in propositione actu acceptis
uocētur nominibus: uelut in ꝓxime expositis tradebatur. Nam
quo modo uńa poterit responsione/nunquid Aiax cum He-
ctore in singulare certamen descendit?/uel utrum ne Socrates
albus ambulans est?/interroganti obuiare, si alterum illi inter-
rogatum suppetat, alterum non insit? Enimuero hæc nos Pla-
to quoque ante Aristotelem docuit. Itaque Polum in Gorgia
reprehendit Socrates: à quo rogabatur an non ipsi uniuersa
quæ uelint, quę q; optima esse existimarent Oratores uelut ty-
ranni facere uiderentur: ut illum qui plures simul interrogatio-
nes proferret, ea de causa quòd uolūtatis & existimationis dif-
ferentiam ignoraret. Quoniam uero sæpius accidit ut eadem
B uera in significatis omnibus interrogationis responsio sit, ut
in hac/num Aiax ad Troiam profectus est miles?/& in hac/
est ne Socrates albus ambulans?/cum ambo fuerint in Socra-
te, iccirco nos docendo rectas non à fortuna, sed ex arte respon
siones facere, illud apponit/ { Ne si uera quidez fuerit/ } quod
illi coniungendum est/utique responsio ad hæc una non erit/.
» Nam etsi uerum sit an Aiax aduersus Ilium militauerit rogan
ti una oratione consentire, tamen euitandum id genus respon-
dendi est: ne regulas transgredi assuescamus dialecticas. signi-
ficandumq; omnino multa illum simul interrogasse: quod mi-
nime decet: usu autem uenisse ut ad ea uniuersa quę interroga-
tione continentur eadem responsio congrueret. Quamobrem
neque ad eum qui an homo ipse, & animal, & bipes, & man-
suetus sit roget, responsio una facienda: quoniam neque hæc
una est propositio. de hisce uero latius ipse in octauo libro To
picæ disseruit cōmentationis. Verum quoniam inter se Aphro
disiensis enarrator diuinusq; Iamblicus de dialectica interro-
gatione contendunt, alterq; locum hunc sequitur, uultq; dispu-
C tatoriam ipsam interrogationem partis alterius esse duntaxat
contradictionis: alter ea magis quæ in Resolutoriorum proœ-
mio de illa produntur, ac contradictionis illam censet totius
interrogationem esse. (est enim ibi inquit, disputatoria propo-
sitio sciscitanti, interrogatio contradictionis: ratiocinanti, sum-
ptio apparentis opinabilisq;,) patet ex supra dictis quo pacto
arbitraturi simus de controuersia. Nam pars tantū altera qui-
dem contradictionis per interrogationem actu proferēda est:
si is qui solum/etiam/aut/non/respondet, recte apposite sit oc-
cursurus: altera tamen etiam facultate proponitur. Quanuis
enim interrogationes quasdam apud apprime diuinum inue-
niamus Platonem quæ contradictionem totam actu interro-
gent, ut illud in Phædone, Porro ad prudentiam ipsam obtinē
dam utrum corpus impedimenento est, an nequaquam? ad
quod potissimum respiciens decernit magnus Iamblicus con
tradictionem uniuersam in disputatoria interrogatione conti-
neri. Sed intelligendum est apud Platonem non in eorum cō-
gressibus quibus cum disputaret permanere Socratem eo ꝓ-
posito quo uersatur is qui Dialecticus ex Aristotelis uocatur
D sententia. Nam qui sic Dialectus dicitur, eo spectat solum ut
alloquētem superet: demumq; ipsum ad contradictionem de-
ducat. Socrates uero & alloquentes corrigit si peccent: & finē
uictoriam statuit, sed ueritatis comprehēsionem. Quapropter
etsi cōtradictionem inueneris ab eo proponi uniuersam, id fie-
ri uel exercendorum alloquētium gratia compereris: uel pro-
tinus aperire ad utram partem contradictionis respondere al-
loquentem uelit, non/etiam/tantum, aut/non/dicentem: sed de
clarantem quoq; ad utram contradictionis partem responden
do occurrat. Ac disputatoria demum propositio usus in pri-
mis dialectici gratia usurpatur syllogismi: quæ cum pars hu-
ius sit, neq; particulam/nunquid/aut similem habebit adiun-
ctam: sumetq; partem alteram contradictionis duntaxat quæ
alloquenti uidebitur. At quoniam eo inferior est quam demō- E
stratiua, ꝙ non à rebus ipsis, sed ab ijs quæ concedit aduersa-
rius sumatur, iccirco & per interrogationem ei proponitur qui
cum sermo institutus est: ut de illorum ueritate quod sibi uide-
tur: dijudicet. nec solum ipsā, sed, ut dictum est, et contradictio
nis pars reliqua: assumitq; particulam/nunquid/propter inter-
rogatiōis figuram. Sed quidnam id est quod ab Aristotele ceu
corollarij uice deinceps additur: cum inquit, { Simul uero di-
lucet neque ipsum/quid est/disputatoriam esse interrogatio-
nem. } & cuinam hoc uult consequens esse? Itaq; ab ijs con-
stat pendere quæ de disputatoria locutus est interrogatione/eā
nimirum respondendæ uel propositionis, uel contradictionis
partis alterius postulationem eē. Nam si disputatoria id genus
est interrogatio, ut detur permittaturq; alloquenti utram par-
tem respondere contrad ctionis uelit, nō huiusmodi autem ip-
sius/quid est/interrogatio habetur: sed rei naturæ institutionē
expositionemq; expostulat, compertum est ipsius/quid est/in-
terrogationem nequaquam fore dialecticam. Verum si omni- F
nō ipsius/quid est/percūctationem in interrogationem dispu-
tatoriam formare libeat, oportet nos ipsos finitione quę nobis
esse rei uideē actu ꝓferenda interrogare: ut/utrum homo ani-
mal est bipes mansuetum?/si per affirmationē scilicet placeat
interrogare. uel si per negationem maluerimus/utrum homo
animal bipes mansuetum non est?/id quod breuiter ipse per
uerba illa, { An non hoc } indicauit.

Quoniam vero prædicantur adeo quędā cō- XIII
posita vt ex ijs quæ separatim prædicātur vnum
fiat p̄dicamētum vniuersum, alia minime, q̄nam
fuerit differētia? De homine enim verum est &
seorsum, aīal, dicere: et bipes, seorsum: atq; hęc ut
vnum. & hominem atq; albū: & hæc tanq; vnum.
sed nō si sutor, bonusq; sit, sutor quoq; est bonus.
Nam si propterea quod uerum est vtrūq;, etiam
quod ex iūctis ambobus cōstat esse oportet, mul- G
ta quoq; sequētur incōmoda. Quippe de homine
&, homo, verum est &, album, pronūciare: quare
& vniuersum. rursus si album, simul etiā totum.
quāobrē erit homo albus albus: excurretq; id in
immēsum. & rursus musicus albus ambulans: ea-
dēq; sæpius cōtexta in infinitū. Præterea si Socra
tes, Socrates & hō est, erit et Socrates Socrates ho
mo. & si hō & bipes, erit & homo hō bipes. Itaq; si
complexus quisq; absolute fieri arbitrabitur, con
stat vsu venire vt multa dicātur absurda. quo au-
tem pacto statuendum sit, modo explicamus. Ex
ijs igitur quæ p̄dicantur, & in quibus prædicari
contingit, quęcūq; per accidēs vel de eodem, vel
alterum de altero dicuntur, hęc vnum non erūt. H
Homo exēpli causa albus est & musicus: sed vnū
non est album & musicum: cum ambo sint acci-
dentia. neq; si verū dictu sit qd' album est id musi
cum esse, vnum tamē quidq; erit musicum albū.
nam quod est album, id per accidens musicū est.
quadere vnum quiddā nō erit album musicum.
quocirca nec sutor bonus simpliciter: sed animal
bipes. haud enim per accidens. Item nec quæ in-
sunt in alio. quapropter neq; album repetit: nec
qui homo est, is homo animal est, aut bipes: siqui-
dem sunt in homine bipes & animal.

I Cum ſupra ex diuerſis iſs quæ de eodem prædicantur alia poſſe coniungi atq; unam quãdam dixerit prædicationem facere ex omnibus, alia uero non poſſe, nullamq; ibi nobis regulam horum diſcernendorum tradiderit, ſed tranſiuerit ilico ad theorematis præceptionem ad quod illud utile erat, non oportere inquam reſponſionem unam ad eam interrogationem fieri quæ plane una non eſſet, uult per hęc quod omiſſum illic eſt deinceps addere. ſumptoq; hoc uelut confeſſo, poſſe ex iſs quæ prędicata de eodem ſunt pluribus nominibus rebusq;, aliqua, ſi inter ſe quoq; componantur, ac uelut coaleſcant, unum q̃dpiam prædicamentum ex ipſis uniuerſum efficere: ut in hoc dicebamus /animal bipes manſuetum/: quædam non poſſe: ut in albo, & ambulante, quęnã differentia ſit quęrendũ cenſet: hoc uero eſt, quænam ſit talis differentiæ cauſa: & quãobrem illa concreſcant, hæc minime. Prius autẽ oſtẽdit in iſs re uera quæ plura prædicantur eſſe id genus differentiam, in eo inquam q̃d natura componi apta ineptaq; ſint, quam eius cauſam inſpexe
K rit. ſiquidem & conſequẽs erat ut /quod ſit/antequam /cur ſit/ diſceremus. Habilia itaq; componi natura eſſe nõnulla ad prædicationis unius conſtitutionem palam facit tum ſumendo animali, tum bipede: quæ nõ diſcrete ſolũmodo, ſed ſimul quoq; prædicantur de homine: cum animal bipes ipſum eſſe pronunciamus. & rurſus homine atq; albo: quæ tum diſcrete de hoc prædicantur homine, tum coniuncte: cum /Socrates, dicimus, homo eſt albus/. Eſſe autem quæ componi nequeant, demonſtrat in ſuppoſitione ſutorem quẽdam ſumente qui non exquiſite artem didicerit, ſed præditus morum fuerit probitate: qualis Simo ille extitiſſe Socrati familiaris uidetur. Nam de hoc, ſutorem eſſe & bonum, ſeorſum utrũque uere prædicabis. at ex ambobus compoſitum, ſutorem eſſe bonum, non item. Quippe /bonum/per ſe ſi de quouis dicatur ſingulari homine, ut de homine prædicatur: atque eius ipſius uitæ ſpeciem indicat. ſin copulẽtur ſutori, atq; ita prædicetur, nõ ad ſpeciem uitę hominis præterea, ſed ad artis qualitatem exauditur. Quãobrem & apud Platonem Gorgias à Socrate non abſolute Orator, ſed
L totum hoc, bonus Orator appellari uoluit: nimirum hac re ſeipſum ab iſs diſcernens qui arte uitioſe uterẽtur. Quoniam autem uero ſimile erat imperitiorum nonnullos arbitrari quæ p̃dicanrur ſeorſum, ea ſimul quoque prædicari plane oportere, ſorteq; attributum putari nos ĩ quibuſdã hoc fieri, in aliis haud etiam poſſe dicere, atq; aduerſus id aggredi quod de ſutore & bono dictum eſt diſceptare, propterea neceſſitatem nobis adducens diſcutiẽdi theorematis, oſtendit quot ita opinantes incõmodis urgeãtur: atq; { Nam ſi, } inquit, { Propterea quod uerum eſt utrũq;, } cui ſubaudiendum eſt, ex iſs quæ ſeorſum prædicãtur. ſi ob id igitur, { Etiam quod ex iunctis ambobus conſtat eſſe oportet, } rurſusq; huic ſubaudiendum eſt /uerũ/ ut ſi quoniam uerum hoc eſt, prædicamẽtum quoq; uerum ſit oportet quod ex utroq; conſiſtit, { Multa ſequentur incõmoda. } nugetur enim is oportebit qui ita exiſtimat. & præter id quod nugetur, ab hominum ſenſu abhorrentia & ſuperuacua quædam dicit atq; inania, Si enim uere & hominem & album
M prædicauerimus de Socrate, uere & ſimul utrũq; prædicabimus, eum hominem eſſe album. uerum ſi quæcũq; ſeparatim prædicantur, ea compoſita prædicari etiam poſſunt, rurſusq; ſi compoſitæ huic inſuper prędicationi /album/ipſum per ſe de Socrate prædicatum aſciuerimus, oportebit ex utraq; iterum prædicatione, compoſita & ſimplici unam fieri prædicationẽ uniuerſam: ut /eſt Socrates homo albus albus/dicatur: idq; in infinitum prouehetur: quod plane nugatiũ eſt. Rurſum ſi muſicus & albus & ambulans nõ ſeparatim ſolum, ſed ſimul etiã prædicãtur de Socrate, præterq; compoſitam ex his prædicationem /album/ipſum per ſe iterum prædicauerimus, muſicũ eſſe album ambulantem album dicemus. & rurſus ſi muſicũ forte prædicatum per ſe fuerit, muſicum album ambulantem album muſicum: atq; eadem, quod ipſe inquit, ſæpius cõtexta: quibus præter nugationem, ſit etiam prædicatio quam ne cogitatione quidem aſſequi ualeas. Aliud uero quoddam his tertium addens incõmodum, prædicari de eo quem cernis hoc in N quit, uerbi gratia Socratem eſſe atq; hominem. quapropter dicendum erit & eum qui cernitur Socratem hominem eſſe: & rurſus de Socrate hominẽ & bipedem ſeorſum quidem utrũq; recte prædicabis: non tamen quod ex utroq; conficitur: quod eſt homo bipes. Hæc enim præter rationem ſunt planeq; redũdantia: ſiquidem euidens eſt & Socratem hominẽ eſſe neceſſario: & hominem bipedẽ. Nam & ſi, id quod expoſuimus, quæ per eſſentiam prædicantur, uel ſimpliciter uel ex parte natura ſibi inuicem cohæreſcere idonea ſunt, ut genus ac formatrices differentiæ, non tamen quouis ordine inter ſe cõnectere ea cõuenit. haud enĩ quæ magis particularia ſunt ſtatuemus priora: atq; ab his uniuerſaliora quæq; illis ex neceſſitate conſequentia ſunt collocabimus. uerum contra, magis uniuerſalia magis particularibus anteponemus. His igitur cum harum rerum p̃finitionem neceſſariam eſſe demõſtrauerit, ipſam deinceps addit: cum ait, { Ex iſs quæ } de quibuſdam prædicantur ſubiectis, q̃ { In gbus prædicari cõtingit } appellauit. ideſt & ſub- O
iectis, de quibus prædicata appellari contingit. Ex iſs ergo quę prædicantur, de proprijs alia ſubiectis per ſe, alia per accidens nuncupantur: de quibus primum uerba facit. atq; ſiue ambo prædicata per accidens de ſubiecto ſumantur, ſiue alterum de ſubiecto: & in quo ipſum eſſe ab illis haberi natura uoluit, alterum uero de altero, nullo modo ab iſs una fiet prædicatio. Nẽque enim ſi per accidens de Socrate & muſicum & album p̃dices, unam ex iſs comperies prædicationem fieri. neq; ſi muſicum de Socrate, album de muſico prædicatum acceperis, ita quoq; inuenies. Porro hypotheſin hanc Ariſtoteles ex abundãti cautione aſſumpſit: quandoquidem neceſſe eſt prædicari, album in primis de Socrate quemadmodum muſicum: non quidem per eſſentiam, ut q̃ accidens eſt: per naturam tamẽ: propterea quoniam eo comparata ingenio ſunt accidentia, ut & ſuis inhæreant ſubiectis, & de iſs prædicẽtur: haud uero etiam potiſſimum de muſico, neq; ſecundum naturã: ſed re uera per accidens: quoniam accidit ut ambo in eodem ſubiecto concur P
rant. Ac neceſſe eſt deniq; diſiunctiue Ariſtoteli pronunciatas hypotheſes ſeſe inuicem ſequi. Nam ſiue de eodẽ ſubiecto duo prædicentur accĩtia, plane & de ſe mutuo per accĩs p̃dicabunt. ſiue unum ſubæ ſit, alterum accidens, p̃dicabit accidẽs per naturam de ſubſtantiali: ſubſtantiale de accidente præter naturã: ut homo de albo. ſiue alterum à principio capiamus prædicationem complẽtium, qua de quærimus una ne ſit. an ſecus, per accidens de reliquo prædicatum, neceſſe eſt ipſum per ſe ſolũ prius acceptum de ſubiecto prædicatũ ſit. nam hoc ipſum eſt quod ueſtigatur in præſens, quænam ſeorſum prædicata poſſint & p̃dicari coniuncta. Fortaſſiſq; non ſunt hęc uerba diſiũctiue audienda: ſed dicendum eſt /uel/particulam pro/&/uſurpatam: ut illud quoq; apud Homerum /iuuenis & ſenex/pro & iuuenis & ſenex, atq; ut cõmentationes ſuas nõnullas inſcribere conſueuerunt ueteres /Nicocles uel Lyſimachus/et/Phędo uel de Anima/non ut ex aduerſo diſtinguerent: ſed ut ora- Q
tionem nobis permitterent utroq; nomine appellare: quaſi ita ſonent Ariſtotelis uerba/& de eodem, & alterum de altero/. Quænam igitur cauſa ſit ut quæ hoc pacto prædicantur, natura combinari non poſſint? quoniam diſſimilem diſiunctamq; inter ſe prorſus habent naturam, ac ſub prædicamentis quandoq; cenſentur diuerſis; nec ad naturam unam efficiẽdam ipſa miſceri inuicem queunt. Quod ſi ita ſe habeãt hæc, patet recte ã nobis dictum antea, nihil aliud apprædicari in propoſitionibus præter ipſum/eſt/poſſe: ut ambulare. Nãq; in hoc/homo iuſtus ambulat/ſi nomen/iuſtus/prædicari, uerbum/ambulat apprædicari dixeris, non eſt id genus oppoſitio una: ſiquidem per accidens ambo de homine prædicata ad prædicationem unam faciendam mutuo temperari natura nõ poſſunt. At uerbum/eſt/ceu quod non per ſe etiam ſolum de ſubiecto, ut/ambulat/uerbumq; aliud quodlibet prædicetur: ſed eius rei gratia tantum aſſumatur, ut prędicatum ſubiecto deuinciat, ſolum e uerbis tum cõagmentari prædicato natura cõparatum eſt: ap-

prædicariq;

A prædicariq; ipſum dicitur: tum una prædicationẽ, integramq; ob id propoſitionem præſtare. Vtrum ergo (quidam aiunt) nec qui Hippocrates bonus medicus eſt dicit, aut Zeuxis bonus eſt pictor prædicationem unam protulit: quoniam utrũq; /bonum/atq;/ars/inquam ſubiecto accidit? An aliud in his eſt q̃d ſeiunctim prædicatur bonũ: aliud uero quod mechanicæ arti copulatur. Nam quod per ſe prædicatur, id quod antea quoq; cõmemorauimus, ipſos indicat mores Animi. quod autem arti coniunctum eſt, non item: ſed uelut genus quoddã artis, aut artes exercentium capi uidetur. Spectatur enim in prædicamẽtis omnibus bonum: uerum q; in qualitate compẽhẽditur, cum illis diuidit quibus impertiri ipſum natura uoluit. Ergo & q̃dam circa Animum ſit bonum neceſſe eſt uiſendum: quod uel penes Animi mores ſumitur uel cognitionem: eamq; uel ſcientiariam uerbi gratia, uel artificialem. Itaq; quo pacto quale ipſum dicimus genus eſſe artificis, ita bonum quoq; in quali poſitum neceſſe eſt eius boni quo præditus artifex eſt genus eſſe.
B Quod igitur hoc loco de Medico & pictore ac demum Artifice per ſe prædicatur bonum, merito prædicationem unam facit, perinde atq; ſi diceremus /id eſt color albus quod cernitur. poteſt enim & accidens per ſe prædicari cum de ſuijpſius aliq; ſpecie dicitur. & ſubſtantia per accidens cum eam de accidente prædicabimus: uelut cum dixerimus quod albũ eſt id lignũ eſſe. de hiſce uero ſuſius explicatũ eſt in priore libro de demonſtratione. Neque hoc erit præterea bonum ex iſs quæ de ſubiecto in primis appellãtur. ſed ſi modo dicatur, per accidens prædicabitur propter Artem quæ de eo prædicatur potiſſimum. Quo fit ut nec ſi ſumptum ſolum ſit, prædicari queat: quo mõ nec per ſe etiã prædicatum bonum de ſubiecto, præcipue de arte prædicabitur: uerum per accidens: ut in exemplo /ſutor bonus/. quapropter nec prędicationem totam unam efficere poteſt illi coniũctum. Sed quomodo ex homine & albo prædicationem unam fieri arbitramur, ſi neq; ambo per ſe p̃dicantur de Socrate, ſed per accidẽs quoq; alterum de altero? C An quoniã non ſunt ambo ſubiecto accidentia quando utrũq; etiam contingit illorum prædicari de altero præter naturã, plane q; per accidens. ea autem quæ ſolo hoc modo prædicantur reprobabat Ariſtoteles: ut quæ coaleſcere inter ſe nequeant. At album homini ſociari natura aptum, eiusq; qualitatẽ ſignificans, non ſubſtantialem, ſed illam uelut ſuperficiariam in eo quod ſimpliciter quale dicitur prouenientem, iure cum illo p̃dicationem unam facit, quæ unam ſignificat, non ſimplicem, ſed /quandam/uocatam ſubſtantiam. Hæc cum de iſs diſſerueritquæ prædicantur per accidens, nec conſociari natura ualẽt, dixeritq; /ob id nõ ſimpliciter uerũ eſſe illud { Sutor bonus, } hoc eſt non ſemper uerum eſſe, quõniam cõcurrere interdum ea nequaquam mirum eſt, ſubdit, { Sed animal bipes. haud enim per accidens. } quorũuis eſt uerborum, Quæ uero non per accidens, ſed per ſe prædicantur, componi inuicem, atque unam prædicationem poſſe efficere. uerum neq; hæc ſi quouis
D capiantur modo, nec quouis inter ſe ordine complicẽtur. haud enim ſanè quæ in altero prædicato iam ſunt uel actu uel poteſtate comprehenſa capiemus iterum: ne ſimus nugaces, aut p̃lixa quædam dicere cogamur: quod rurſum eſt nugari. uerbi gratia ſi hominem bipes eſſe animal dixerimus, non per ſe iterum capiemus bipes: propterea quod actu in proprie prædicato ſit ſumptum. Cumq; Socratem hominem eẽ pronunciauerimus, non aſciſcemus aliud prædicatum, ut quòd priori copulari debeat, bipedem aut aãal eſſe quãdoquidem horum utrũq; ante eſt in priore prędicato facultate comprehenſum.

Verũ eſt aũt ſimpliciter quoque de aliquo, vt quẽdã hominẽ, hominem, vel album quendam hominem, hominem album eſſe dicere: non tamen perpetuo. ſed quando in adiuncto oppoſitũ ineſt, quodpiam, qnod contradictio comitatur, non verum, ſed falſum eſt: vt mortuum hominẽ,

hominem vocare: verum autem cum non ineſt. E
aut cum ineſt, ſemper non verum eſt: quando nõ ineſt, non ſemper verum. vt Homerus quiddam eſt, velut Poeta. Vtrum ergo etiam eſt? An nequaquam. prædicatur enim per accidens verbũ, eſt, de Homero. Poetam nãque illum eẽ, ſed per ſe de Homero nõ prædicatur, eſt, verbũ, Quamobrem in quibns prædicationibus neque eſt contrarietas, ſi loco nominum rationes dicantur, prędicanturq; per ſe nec per accidens quæ prędicãtur, in iſs ipſum aliquid ſimpliciter quoq; verum dictu erit. At id quod nõ eſt, quoniam eſt opinabile, uerum nõ eſt eſſe quidpiam dicere. nam de illo non quod ſit, ſed quod non ſit opinio eſt. F

Quæritur hic proxime tradito oppoſitum præceptum. Supra enim quærebatur quando quæ priuatim prædicantur, ſimul prædicari etiam poſſint. in his, quando ſimul prædicata, ſeparatim quoq; prædicari queant. Prædicationẽ autem quãdam eam uocat, quæ ex ſimul prædicatis compoſita eſt. ſimpliciter uero illam quæ ſimplex eſt, ac ſine additione ulla profertur: propterea quoniam arctant ubique additiones, magisq; ea reddunt particularia quæ ab additionesipſas ſuſtinentibus declarãtur: uelut cum prolato animali rationale addiderimus; deinde mortale: poſtea grammaticum: dehinc aliud quid atq; aliud. Clarum eſt enim ſingulis nos additionibs inuẽturos magis particulare ſignificatũ fieri. Quapropter { Verum eſt autem, } inquit, { Simpli quoq; de aliquo } ideſt de quo compoſitam facimus prædicationem, de eo quoque ſine additione uerum eſt prædicatum pronunciare; ut Ariſtarchum non grãmaticum hominem dũtaxat: ſed & ſimpliciter hominem: ſimpliciterq; grãmaticum. nec Galatam album dũtaxat hominẽ, G
ſed & album ſimpliciter, & ſimpliciter hominem. Quoniam uero non ita perpetuo res habet (quippe hominem mortuum totum hoc/ mortuũ hominem/uocamus, haud uero etiam hominem poſſumus ſine additiõe appellare. quoniam eſt homo animal rationale mortale: animal autem ſubſtantia animæ cõpos & ſenſus: at mortuus nec animatus, nec ſentiendi ui præditus eſt, ſed oppoſitis continetur. adulterinum quoq; denariũ, ac lapideam nauem hoc totum utrũq; dixeris: neq; tamen denarium, neq; nauẽ appellabis) patet diſtinctione nobis quãdã opus fore qñ liceat ac qñ nõ liceat docente q̃ ſimul prędicanẽ, diſcrete prædicari. Hanc itaq; Ariſtoteles rudius primum tradit regulam; deinde exactius. Atq; initio quidem Quando inquit in eo quod ſimplici prædicationi additum eſt, oppoſitio inſit aliqua quæ illi cui facta eſt additio repugnet, ſiue ex ſeſe in illorum appareat nominibus, ceu cum Eunuchũ uirum ſimul & nõ uirum dicimus, & ueſpertilionem auem & non auẽ ſimul, ſiſr punicẽ quoq; lapidem & nõ lapidẽ, & iudicem principem atq; nõ principẽ, ſiue in ipſorum finitionibos deprehendatur, ut in homine & mortuo, tunc ut ſimul prædicata, diſiunctim quoque prædicentur fieri nequaquam poſſe. quando autem nulla in iſs mutua ſit oppoſitio, tunc poſſe fieri. Poſtea uero expoſitam regulam, nempe quando coniuncte prædicata diſtingui non poſſint, affirmat recte traditam: cum ait, { Aut cum ineſt, ſemper non uerum eſt } diſtinguere nobis poſt uerbum/ineſt/debentibus, oppoſitio uidelicet illi inſita quod prio- H
ri prædicato adiectum eſt. (hoc enim iam dictum, hic quoque ſubaudiemus): ut autem huic cõſequens aduerbinm/ſemper/ſubiungere: hoc eſt, ex neceſſitate non uerum, ſed falſum eſt compoſitam prædicationem diſiungi. Alteram autem quę niſi in ſimul prędicatis oppoſitio ſit admitti ipſorum inquit diſcretionem poſſe, ueram non ſemper eſſe confirmat: ſed cautionem aliam poſtulare: affertq; ilico probationem. Nãq; Homerum, totum hoc, Poetam eſſe dicimus: quoniam opus extat

illius simpliciter esse non dicimus:quoniam/est/uerbum quod de Homero prędicatur nullo medio, non ad Homerum illum qui est in poesi, sed ad ipsum uirum exauditur. is autem non est. Cum uero prædicatur/est/uerbum de Homero nomini /Poeta/coniunctum, Poeta de ipso potissimum ac per se prædicabitur(per se autem non per essentiam, sed per naturam intelligi uolo)/,est/autem uerbum de Poeta per se de Homero per accidens. Itaq; si/quod per se prędicatum est exemeris, nihil sanum præterea sonat quod per accidens prædicatur. tametsi nullam queas Poetæ oppositionem ad uerbum/est/inuenire, neq; ex sese in nominibus, ut in uiro & non uiro: neque in eorum definitionibus, ut in homine mortuo. Quamob rem recte dicebamus non semper uerum esse, cum in simul prædicatis non inest oppositio, posse etiam per sese prædicari quodlibet. Iccirco repetito sermonis principio percenset Aristoteles discretæ prædicationis regulas:ac quando neque illorum inquit definitionibus quæ simul prędicantur subest contrarietas, neq; per accidens, uerum per se de eodem prædicata subiecto fuerint, potest tunc plane fieri, ut quod prædicatum est coniunctim, sine complexu quoque prædicetur. Porro illud minime obscurum est, si quis/est/uerbũ in hoc/Homerus Poeta est/exemplo positum pro/fuit/dicat acceptum, quemadmodum/fuit/pro/est/Græci sæpenumero capiunt ueteres, ut in illo/quid fuit/pro quid est: & in definitione/ipsum quid fuit esse/pro ipm̃ qd est rei esse, hũc ipsum quoq; p se/est/de Homero p̃ter Aristotelis sniam p̃dicari cõcessurũ. Quod aũt ad uerba attinet, illud, { Oppositũ inest quodpiã q̃d cõtradictio comitatur } nõ ea ratione dictũ est, ut opposita q̃dam sequatur, quædam non sequatur contradictio: sed pro eo quod est, ex quibus omnibus contradictoria inter se oppositio sequitur: ut quæ est communissima. Nam oppositorum neutrum id quod alterum est. Post hæc uero ceu refellens eos qui uerbum/est/ si cum opinabili prędicetur de non ente, nobis/non ens opinabile est/dicentibus, iam per se quoq; de hoc prædicatũ iri posse arbitrantur, recteq; à nobis/non ens est/dictum iri; perinde atque in alijs in quibus quæ composita est, discreta etiam fieri potest prædicatio, subiungit, { At quod non est, quoniam est opinabile, uerũ nõ est esse quidpiã dicere. } causamq; propter quam uerum non sit adijcit: cum ait, { Nam de illo non quod sit, sed quod non sit opinio est. Quoniam enim ipsum hoc quod non sit, de non ente opinabamur, patet nos opinabile ipsum dicturos merito: non ob id tamen ipsum esse confessuros. Atque inuehi quidem uidetur in ea quæ tum in Sophista, tum ad finem quinti de Repu. Plato disserit, ac ipsum nõ ens inquit esse opinabile. Sciendũ tamẽ cum plures gradus nobis ille tradat non entis, tum eius quod supra entia, idem est autem ac si supra omnem speciem dixeris(haud enim aliter & formas omnes à materia separabiles inseparabilesq;, & ipsam in postremis informen prorsus materiam produxisset) tum eius quod in diuersitate spectatur, estq; in rebus omnibus, atq; ob id non minus quam ipsum ens esse perhibetur: tum illius quod obnoxium significat generationi, per diminutionẽ ab illo plane ente ac supra mutationem omnem locato: tum illius etiam quod de materia prędicatur, propter delapsum formarum omnium secundum dissimilem eius ad primum celebratam similitudinem: cũq; & unum quoddam esse ex significatis dicat non entis in aliorum extremis repositum, id nimirũ quod de nulla ex parte nulloq; modo ente appellatur, hoc & ineffabile esse & inopinabile asseuerat: at quoniam quod numerabile est id effari aut opinari licet: id quod supra quoq; prodidimus effabileq; esse aut opinabile dictione uel opinione iudicatur: estq; ad aliquid per respectum ad dictionem opinionemũe esse eiusmodi dicitur. Quandoquidem igitur si alterum sit relatiuorum, esse & alterum necesse est, ea uero est dictio atq; opinio secũdum quam dictile uel opinabile eẽ dicitur, hac ratione & quod nullo est modo in ipsa de se dictione atque opinione erit. Itaq; & hæc Plato pronunciat, quæ confutari non possunt: & recte ueritus Aristoteles ne quidam, ut par est, Platonis sententiæ profunditatem minime assecuti, dici ab illo existimarint, quod nullo est modo, si effabile aut opinabile uocetur, ex eorum quæ sunt fieri numero, non eo pacto quo recensuimus, sed quasi obtineat ex se subsistentiam, iccirco uerum inquit non esse, id quod non est, cum opinabile esse dicatur, sic ens fieri affirmare, ut uel sine respectu illo ad nos relato subsistentiam habeat: cuiusmodi non ens esse in censet quod in diuersitate positum est, quodq; in omnibus ijs quæ sunt inquit dissipatum esse: neque eo quòd proprie est minus existere. Hactenus prouexit Aristoteles propositionum earum contemplationem quæ ex tertio apprædicato componuntur: pulchraq; nobis complura de ipsis præcepta tradidit: ac multis sane uisus est ordinem ijs nullum indidisse. quo factum est, ut librum nõnulli inter cõmentarios magis reponendũ putarint. Nobis uero per singula capita p̃cipua cura ĩcubuit, ut sequelę cõtinuitatẽ oñderemus. Sed ad p̃positiões cum modo coniunctas accedamus.

SECTIO QVARTA

DE PROPOSITIONIBVS CVM MODO CONIVNCTIS.

HAEC Cum explicuerimus, considerandum est quonam pacto affirmationes ac negationes inter se id genus habeant, possibile esse ac non possibile, & contingens ac non contingens: præterea de impossibiliq; ac necessario. sunt enim quædam in ijs dubitationes.

CVM ad absolutam numeris omnibus eorũ contemplationem quę hoc nobis opere proposita sunt, adhuc supersit propositionum illarum consideratio quæ cum modo proferũtur, tradit eam hoc capite Libri Aristoteles; duoq; hæc sola nobis de ipsis exponit pręcepta negationum modum affirmationibus opponendarum: p̃ditarumq; item diuersis modis p̃positionũ sequelam. Nobis uero si exacta traditarũ nunc propositionũ habẽda notitia sit, eaq; facilius assequẽda quę de ipsis differunt Philosopho, ante uerborum explanationem, & quid modus sit percipiendũ est: & utrum finitus sit illorũ numerus, nobisq; cognitus: ac quot qualesq; eligat modos Aristoteles ad p̃positionum harum p̃ceptionem: & quãobrem hos, & non alios: & qua ratione differant à uocatis materijs qui assumuntur modi, cum illarum appellentur nominibus: item an omissus modus ex ijs nullus sit qui in proposita propositionum contemplatione asciscí debuerit: p̃terea negationes ex affirmationibus quo pacto faciamus in hoc genere propositionum: id quod de ipsis considerari primum Aristoteli dicebamus: his accedit omnibus, quonam pacto harum quoq; numerum p̃positionum omnium ex diuisione comp̃henderimus. Modus itaq; uox est quæ quo pacto insit in subiecto prædicatum significat: ut/cito/cum Luna, dicimus cito restituitur/: uel/bene/ut/Socrates bene disputat/uel/admodum/ut/Dionem admodum diligit Plato/: uel/semper/ut in illo/Sol semper mouetur/. Numerus non est illorum natura infinitus: neq; nobis tamen comp̃hensibilis: queadmodũ neq; uniuersalium subiectorum aut prędicatorum: quæ nec ipsa colligi numero possunt. Solos autẽ quatuor assumit Aristoteles ad propositionum quę modum obtinet contemplationẽ/necessarium, possibilem, contingentem/& ad hos/impossibilem/: ut qui uniuersales maxime sunt: & ipsi rerum naturæ familiarissimi. Quãnam igitur possibile habere uult ad cõtingẽs differentiam? An quod solo nomine id quod proprie est possibile differt à contingente/possibile uero simpliciter p̃prie cõtingente latius dicitur: id quod post hac ipso nos docente Aristotele intelligemus. Verum nũc quasi ijdem sint, inspiciamus quo pacto differant à materijs modi; quandoquidẽ has quoq; diuidebamus in necessariam, impossibilem, & contingentem. Itaq; dicendum est, censeri à nobis materias in ipsa rerum earum q̃ sunt in propositionibus sumptæ natura spectari. Quippe necesse plane est, uel semper ineẽ subiecto prędicatum, uel nunquam: aut inesse interdum, alias secus. qua etiam ratione materias uocari eas diximus: quasi sine his ne subsistere quidẽ propositiones ualeãt. Modos uero in eo ipso q̃ à nobis pronũcientur subsistentiam habere; quodq; complentibus p̃positionem terminis extrinsecus addantur. Quo fit ut, quod ad materiam attinet, ueram esse propositionem sæpius accidat: ob additum modum mentiatur. Nam quæ/sol mouetur/propositio inquit, uera est. quæ aduerbio/contingenter/apponendo, contingenter hunc dicit moueri, propter modum solum mendax dep̃henditur. sic &/Socrates ualet/aut/albus est/propositionẽ ueram quandoq;, modus adiunctus necessitatis falsam reddidit: cum Socratem dicimus necessario ualere: aut albũ esse necessario. Ne uero existimaueris solos affines materijs modos accõmodari oportere propositionibus. Nam quemadmodum de subiecto quolibet quod cuiquam libeat prædicare est integrum, fiunt autem ueræ aliæ propositiones, quędam emẽtitæ, sic & p̃positioni quæ caret modo quẽcunq; adaptare quis modum uelit licet adijcere. Hæc cum sint manifesta, consideremus deinceps utrum & alius præter hos modus cognatus ijs, alibiq; in propositionum contemplatione acceptus Aristoteli, in hac uero cui nunc incũbimus tractatione omissus, an nequaquam sit. hunc enim inexistẽtem, hoc est qui/inesse/dicitur Interpretes plurimi Aristotelis esse arbitrãtur: & ante necessariũ contingentemq; in Resolutorijs enumeratũ. Mihi uero hi plane à ueritate aberrare, atq; Aristotelis sententia uidentur. haud enim modus omnino est ipsum/inesse/. sed cum diuisæ propositiones in modo carentes sint ac præditas modo, p̃positiones modi expertes ab ipso/inesse/informari aio: nimirũ ad ea respiciens quæ superius de oppositione inficiationum modo carentium ad affirmationes præcepta sunt: ubi dicebat, Quoniã autem & quod inest licet, tanquam non insit, & quę ab his sequũtur: penesq; ipsum inesse ac non inesse oppositiones fieri p̃positionum illarum decernebat; quod idem penes ipsum/esse/dixeris ac/non esse/. secundum quod uel hic contradictoria propositionum omnium quibus modus non adhibetur oppositio fieri plane censetur. siue ipsum/est/actu/siue etiã potestate obtineant: cum quæ modo asciscunt, id genus non sustineant oppositionis: sed ipsis modis inter se opponantur. Quamobrem Aristoteles quoq; cum propositiones cum modo coniunctas tradere hoc capite proposuerit, primum hoc de ijs quærẽdum censuit, quisnam contradictoriæ sit illarum oppositionis modus: quasi nec prius quidquam fuerit de modis locutus: nec ipsum/inesse/ac/non inesse/cõmune quid cum modis habeant. Itaq; tum his de causis ipsum/inesse/modus esse aliquis haud quaquam cum mihi uidetur: tum quoniam ipsum hoc/modũ/ esse arbitramur eum qui quo pacto in subiecto insit prædicatum indicat, qui ergo rationi sit consentaneũ ipsum/inesse/modum appellare qui existẽdi qualitatẽ declaret? tum etiam quia propositam de propositionibus cõmentationem, & de syllogismis in Resolutorijs descriptam imperfectam esse confitebimur: cum neq; oẽs hic uniuersales necessariosq; tractatui modos assumptos dicamus; neq; illic confectiones syllogismorũ ex propositionibus traditas omnibus: sed ex solis modum habentibus: tametsi ex propositionis absolute omnibus Aristoteles diuisionem illic faciat: cum ait, Quandoquidem uero propositio est omnis uel eius q̃ est inesse, uel ex necessitate inesse, uel inesse contingere. Hoc igitur & ex ijs q̃ prodidimus euidẽter demõstratum arbitror: & pluribus colligi adhuc potest rationibus. At uero neq; ipsum/solum/cum solũ animal sensus

I esse capax dicimus,aut solum gressile, modus eẽ quis ualet:ut quidam autumant(neq; enim copularetur subiecto),sed ascititia magis est præfinitio non simplex tamen; affirmatiua quędã inquam aut negatiua:nec quæ subiecto cuiquã siue finito,siue infinito,ut quatuor quælibet illarum præfinitionũ quæ ad ꝓpositionum sunt contẽplationem susceptę,accõmodari possit: sed quæ actu de uno quod in propositione dicitur,potestate uero de alijs quoq; & quæ sunt,& quæ non sunt enunciationem facit. Quare & ex affirmatiuarũ altera p̃finitionum,solaq; negatiuarum est uniuersali cõmista.Nam qui solum animal sentiens,uel solum animal gressile dixerit, is aliud nihil significat, q̃ inesse animali ꝙ de eo prædicatur, uel omni ut sentiens: uel alicui,uelut gressile: alij uero præter animal nulli competere. Quapropter ne una quidem proprie id genus est ꝓpositio: ut quæ pluribus aperte subiectis animali & non animali utatur: idemq; affirmet de horum altero uniuersaliter, uel ex parte: de altero uniuersaliter neget. Ac necesse propterea non est quod de prædicato uniuersaliter appellatur,ut animatum,cum/omne, dicimus, sensu præditum , uel gradiens omne animatum

K est,de subiecto eo rursus prædicari quod in prima ꝓpositione fuit acceptum.Nam ipsum quidẽ de animali per primum tertiumue primæ modum figurę prædicari est necesse:haud uero etiam de solo.neq; enim de ijs præterea q̃ præter animal sunt, quasi negatiua minor fiat propositio,necesse est negari.Itaque si ipsum proprie capiatur/solum/(hoc est autẽ ut nomen)quocunq; dicatur trium generum,modus non est:sed ascititia præfinitio:uti prodidimus: subiectoq; annectitur: cuius discretionem à cæteris omnibus præter ipsum declarat. Etenim si prędicato quoq; iunctum quandoq; uideatur,ut in hoc/Socrates uestem solam est attritã indutus/simile & hoc simplicibus habebit præfinitionibus:ut in illo/omnis homo omnis est capax scientiæ/.Quod si aduerbialiter dicatur, idemq; aduerbio/dũtaxat/ualeat,tunc modus est, qui non subiecto, sed prædicato coniungitur:significatq; illo subiectum sincere,nõ cum opposito impertiri.Proinde Deum ĩmortalem solũmodo,rationalẽ uero Animam,corpusq; illud ꝙ in orbem circũagitur & ĩmor

L talia & non ĩmortalia esse dicimus: quibus alterũ ratione substantiæ,alterum ꝓpter actionem tribuimus:uel ambo etiã ꝓpter substantiã,alio ĩmortalis alioq; significatu.Nam Timæus quoq; rationalem nostri substantiam ĩmortalibus ęquiuocam appellat:cœlestia uero corpora nõ omnino ĩmortalia. Verum ne tunc uox quidem hęc/solũ/siue quod eius uice capit aduerbium/dũtaxat/pluribus illis atq; innumerabilibus modis,ut bñ & ꝑspicue qdq; plus obtinebit,ut ad ꝓpositã nunc ad propositionum contemplationem asciscatur.Quonam autem pacto negationes ex propositis conficiamus affirmationibus,ea persequendo quæ de illis ꝓduntur Aristoteli,latius inspectabimus. Nunc eliciendi numeri gratia ꝓpositionum illarum quæ modum sibi uendicant,breuibus summonendo, in ijs quoq; parti propositionum præstantissimæ negatiuã particulam dicimus iunctam eẽ oportere,ut sublata affirmatione fiat negatio.Porro pars præstantissima propositarum nobis in præsentia propositionum modus ipse est: à quo etiam uelut ab informante

M nomen sortiuntur.Quapropter huiusce/Socratẽ possibile est ambulare/nõ hæc erit negatio/Socratem possibile est nõ ambulare/(ita nãq; simul cõtradictio uerum profitebitur;quoniã euenire simul & non euenire põt contingens)sed illa/non possibile est ambulare Socratem/.& illius/possibile est eẽ Socratem musicum/non illa/Socratem non musicum esse/neq; illa/Socratem musicum non esse possibile est/uerũ hæc/non possibile est musicum Socratem esse/.idq; merito. quandoquidem nãq; modus est ipsum possibile, significat autẽ modus existentiæ qualitatem quãdam, oportet existentia eadem manente,q̃ in subiectis prędicatis apprędicatisq; terminis uisitatẽ,qualitatẽ sit ne an non sit iudicari. fierique ab ea si ponendo proferatur, affirmationem:sin inficiãdo,negationem.Eadem & in cæteris modis ratio est,necessario atq; impossibili. quippe unam conuenit eandémq; omniũ eiusdem speciei ꝓpositionum esse oppositionis regulam.Hæc cum ita sint, necesse dicimus esse mo N dum quęlibet propositionibus adijci uel ex subiecto & prædicato,uel ex tertio apprędicato cõstitutis. Sed ex subiecto & p̃dicato consistentiũ quatuor necesse est fieri differentias.nã aut terminos ambos finitos habebunt: ut/possibile est ambulare Socratem./uel infinitos ambos:ut/nõ Socratem possibile est non ambulare/.uel finitum subiectum, p̃dicatum infinitũ:ut/non ambulare Socratem possibile est/.aut contra/non Socratem possibile est ambulare/.Octo uero earũ quę ex tertio constant apprædicato.Aut enim terminum utrũq;,& apprædicatum finite capiemus, aut infinite omnia: uel finite duo,reliquũ infinite/uel econtrario,unum finite,duo infinite. Verum siue finita duo sint,unum infinitum,tribus modis complicari ꝓpositiones accidet.Nam aut finita capiemus duo prima,subiectũ p̃dicatũmq; inquam,uel extrema,subiectum & apprędicatum, uel posteriora,subiectũ apprædicatũmq;. Ac si unum solum finite sumatur, tres rursus propositiones fieri cõtingit, finito uel subiecto,uel prædicato, uel apprædicato existente. atq; octo O illarum propositionũ patẽt exempla. Per singulos igitur duodecim,ut explicuimus,modos singulares contradictiones fieri accidit.totidem uero & impræfinitas uidelicet: pręterea & uniuersales,particularesq;.simul omnes autẽ octo & quadraginta.Itaque triplicatis his propter p̃dicatorum differentiam à temporibus,triplicatisq; ijs rursus quæ fiunt ꝓpter materias.inueniemus in quouis mõ duas & triginta supra quadringentas cõtradictiones fieri.Ergo cum tres sint maxime principes modi, propterea quoniam possibile uel soli concurrit cõtingenti,uel usq; etiam ad necessarium extendit,non tamen extra sumptos tres cadit modos,usu uenit ut contradictiones omnes cum mõ copulatas numero mille ducentæ ac nonagintasex fiant.Prius autem eas quæ ex subiecto & prædicato componuntur, duas & septuaginta esse monstrauimus quæ ex tertio apprædicato formantur,quatuor et quadraginta supra cẽtum esse.Quãobrem simul omnes quę in libro de Interpretatione cõtradictiones tradũtur,mille erunt quingentæ ac duodecim.Propositiones autem duplo his uidelicet plures,nempe tria millia & qua- P tuor ac uiginti.Cum igitur omnia quę proposuimus persecuti fuerimus,ipsam deinceps inspiciamus Aristotelis dictionẽ.

Nam si ex ijs quæ cõplicantur eæ inter se sunt II oppositæ contradictiones quæ per ipsum esse cõstituuntur ac non esse:vt huius,esse hominẽ, hoc negatio sit, hominem non esse, non autem , esse non hominem,& huius,hominẽ esse album,hoc, hominem album nõ esse,sed non, esse nõ album hominem.Si enim de omni affirmatio est uel negatio,verum erit lignum non album hominem dicere. Quod si ita est, quibus etiam ipsum,esse, non additur,idem efficiet id quod ipsius,esse,loco dicitur:uerbi gratia huius, homo ambulat,nõ hoc,ambulat non homo,negatio erit:sed hoc,ho Q mo non ambulat/.nihil enim refert ambulare hominem dixeris,an hominem esse ambulantem. Quare si vbique hoc pacto, huius quoque,possibile esse,non illud, nõ possibile esse, verum hoc, possibile non esse,erit negatio.Sed posse idem uidetur & esse & nõ esse.quod enim secari aut ambulare est possibile, id omne & non secari possibile est,& non ambulare.Ratio est,quoniã quidquid possibile ita est,non perpetuo agit:quadere negatio quoque illi competet.potest enim & nõ ambulare id quod ambulandi facultate præditũ est: & non cerni uisibile. At vero fieri nequit ut

oppositæ

A oppositæ veræ de eodem fiant affirmationes negationesque. Huius ergo, possibile esse, non illa negatio est , possibile non esse. quippe ex his accidit vel idem simul de eodem affirmare ac negare , vel non per ipsum , esse , ac non esse , ea quæ adduntur affirmationes negationesque fieri. Quod si illud nequaquam conceditur , erit hoc vtique eligendum . Est igitur huius , possibile esse , negatio hoc , non possibile esse , verum non illud , possibile non esse. Eadem vero & de eo quod , contingens esse , dicimus ratio est : si quidem illius quoque negatio est hoc , non contingens esse . simili modo & in alijs , vt impossibili ac necessario. Nam quemadmodum ipsum , esse , ac , non B esse , additiones fiunt in illis , res autem subiectæ tum album tum homo , sic in his , esse , & non esse , velut subiectum efficiuntur : additiones vero ipsum , posse , atque , contingere quæ perinde atque in illis ipsum , esse , atque, non esse , verum falsumque dirimunt . Porro huius , possibile non esse , non illud , non possibile esse , negatio est: sed hoc, non possibile non esse , & huius possibile esse , non illud , possibile non esse,verum hoc, non possibile esse . Quapropter se mutuo sequi propositiones hæ , possibile esse , & possibile non esse , videri etiam possunt . idem nanque esse C potest ac non esse . haud enim contradictiones inter se sunt hæ , possibile esse . & , possibile non esse , sed , : esse possibile , & non possibile esse , verum nunquam simul in eodem profitentur : cum sint oppositæ . neque hæ , possibile non esse , & , non esse non possibile , in eodem simul veraces aliquando sunt. Similiter huius quoque , necesse est esse , non illud , necesse est non esse , verum hoc , non necesse est esse , negatio est . huius vero , necesse non esse , hoc , non necesse non esse, & huius , impossibile esse , non illud , impossibile non esse , sed hoc non impossibile esse , huius autem , impossibile non esse , hoc , non D impossibile non esse . Atque in vniuersum, vti proditum est , ipsum , esse,, & , non esse , ceu subiecta ponenda sunt : hæc autem affirmationem ac negationem facientia , ipsi , esse , atque , non esse , coniungenda . Existimareque has oportet oppositas esse dictiones , possibile: non possibile:contingens non contingens:ipoſ͛e, nõ ipoſ͛e:necessariũ,nõ necessarũi:verũ,nõ verũ.

Vult per hæc , quemadmodum diximus, scrutari quonam pacto ex affirmationibus cum modo compositis negationes fieri oporteat. Quod autem probabile de ipsis quisquam esse existimasset , cum tamen non sit, in his inquam propositionibus perinde atque in modo carentibu sfieri negationes,hoc anticipatum prius refellit quam quo modo sese uerum habeat ex E ponat.fiebant autem negationes affirmationum quæ sine modo ac præfinitione proferuntur, negatiua particula uerbo, est.in propositionibus uel actu,uel omnino potestate accepto præponenda.Hoc igitur progredi in propositionibus modum assumentibus non posse ostendit. tentatq; pluribus uerisimile plane esse ante asserere:nequi posteriorum hisce auditis rationibus recte,sese habere eas rati,fieri & in his propositionibus illo modo contradictiones putent,Itaq; { Nam si ex ijs } inquit { Quæ inuicem complicantur } uocibus propositionibusq;. { Eæ inter se sunt opposite contradictiones quæ per ipsum eẽ constituuntur ac non esse, } id quod per defectum magis ob sermonis breuitatem protulit:cum dicere uelit. Nam si ex contextis inter se uocibus atque in propositiones euadentibns eæ sibi mutuo sunt oppositæ ad contradictiones faciendas quæ oppositionem per ipsum esse habẽt ac non esse:uel magis hoc pacto,ne plura subaudire extrinsecus cogamur, Si ex ijs quæ complicantur,hoc est ad contradictiones constituendas combinantur propositiones,eæ mutuo sunt oppositæ quæ per ipm̃ F esse atque non esse discernuntur, Ac prius quam consequens inferat,nempe hoc ita sese & in ijs habere ꝓpositionibus opus fore quas modus metitur,subiectis illi statim propositionum earum exemplis quæ modo uacant,priusq; earum quæ ipsum est,actu,ab his uero quæ facultate habent,atque inter eas quę uerbum,est,actu possident præposita illa, quæ ex subiecto & prædicato conficitur,hoc est illi quæ ex tertio apprædicato cõstat præmissa,ostendit in omnibus non alio pacto fieri negationẽ,nisi cõiũcta fuerit,ẽ,ṽbo negatiua ꝑticula In ijs ṽo q̃ ex tertio app̃dicato ꝯsiũt,illos ẽt redarguit q negatiua ꝑticula nõ ante uerbum,est,sed ante prædicatum ponenda negationem fieri putant:ut huius homo albus est,illa,homo est non albus, negatio dicatur.Nam si postulatum dabimus inquit contradictionis,ac de omni quodcunque quis acceperit confitebimur ueram affirmationem aut negationem esse oportere opus sane erit & hisce propositionibus albus est homo,&,homo est non albus,in ligno sumendis,altera uerum explicet: ceu quæ con- G tradictorie oppositæ esse perhibeantur: nec simul mentiri unq̃ possint.Quapropter quoniam falsa dubioprocul affirmatio ẽ quæ lignum dicit hominem esse album,necesse est uerum prædicet negatio quæ lignum hominem non album esse pronunciat.Hoc ergo si plane est absurdum,patet huiusce,homo albus est,hãc,homo albus nõ ẽ q̃ negatiuã particulã ipsi est uerbo copulat,negationem futurã.Itaq; cũ,& in ijs q̃ ipm̃, est,facultate obtinent rem ita se habere cõmonstrauerit,ut in hac hõ ambulat,uerbo ambulare,in participiũ & uerbũ,est,resoluẽdo nobisq; ꝑmittendo ut si in resoluta ꝓpositione ac uerbũ est,actu obtinente negatiuam ipsi est,particulã coniũgẽtes negationem facimus opus fore rõcinemur & in ea q̃ facultate ipm̃ habet,continenti id ꝓpositionis parti negatiuã particulã annectere.Hæc igit̃ cũ ita sese hr̃e in oĩbus ꝓpositionibus ostenderit mõ carentibus,subijcit, { Quare si ubiq; hoc pacto,huius quoque,poſ͛e esse,non illud,nõ poſ͛e esse,uerũ hoc,poſ͛e non eẽ erit H negatio } .planeq; ꝓpositionum aliarũ similitudine rõcinandum censet in modũ quoq; sibi uendicantibus factũ iri nobis inficiationem negatiua ꝑticula uerbo est sed non mõ anteponenda.confutationem aũt infert sic opinantiũ ex aperiẽda mõ p̃ditarũ carentiũq; ꝓpositionũ differentia:ea est, in ijs quæ sine mõ sunt propositiones ad uerbum, est, & non est mutuo depugnantes ſm traditas antea distinctiones simul aut ueras inuicem aut falsas esse non posse in modum uero assumẽtibus q̃ hoc pacto ĩpossibili & cõtingente oppositæ sunt,eas non sibi inuicem contradicere,sed sil̃ ueras esse dep̃hendi,q̃ aũt nega ꝑticulas mõis p̃mittũt,contradictionis effatũ ꝑuare: cũ nec sil̃ uerę nec sil̃ mẽdaces unq; fiãt.Porro cur ĩ poſ͛ & cõtingẽte diuersæ penes ipm̃ eẽ & nõ eẽ sil̃ uerę sint ꝓpositiões,cãm à rebus ipsis depromit:q̃ appellat rõnẽ:ut Plato quoq; in Gorgia ego uero artẽ,inqt,eã rẽ quaq; noĩo q̃cũq; rõne uacat.illã aũt dico, { Qm̃ quidquid possibile ita est. } hoc est,quod nõ haud

necessario, ut post explicabitur, sed in solo dicitur contingente. {Non perpetuo agit:} neq; est semper: quoniam non pretera contingens esset: uerum simul ut & sit & non sit, & fiat ac non fiat, sicut præfinitum ante est, potestatem obtinet, quare & enunciationum quæ de ipsis dicuntur uera utraq; erit, & quæ esse ipsum posse, & quæ posse non esse: & quæ posse fieri dicit & quæ posse non fieri. Itaq; repudiandum hunc censet, qui cõtradictionem non facit, oppositionis modum. Atq; iccirco in omnibus modum arcessentibus propositionibus negatiua particula modis præfigenda fieri negationes inquit: ut artificiosæ una eademq; utentes in omnibus regula, negationes contradictionesq; assequamur. Quandoquidem non uidetur prodita illa in possibili consutatio, non inquam penes ipsum eẽ ac non esse contradictiones fieri, in necessario modo etiam aut impossibili esse consentanea. Haud enim huic præterea necesse esse uera simul illa est, necesse non esse, uel huic, impossibile esse, illa, impossibile non esse, Sed licet uel in utroq; modo ratiocinari neq; has mutuo sibi contradicere: siquidem in contingentibus ambæ falsæ esse deprehenduntur. Neq; enim esse necesse est, neq; etiam necesse non esse id quod potest esse ac non esse: neq; esse impossibile, neq; impossibile non esse. Quapropter affirmationes negationesque penes modos & in his fieri conuenit. Verum illud oportet intelligas si in modum sumente propositione solum, esse, infinitiuum fuerit positum uerbum, negationem penes modum solum proculdubio fieri: sed perfectam non esse id genus propositionem: propterea quoniam ad orationem perfectam enunciatiuam opus est uerbo quod per indicatiuum modum, ut Grammatici uocant, proferatur. Quo circa uel ipm uerbum est, hic quod actu ꝓnuncietur postulabimus: si enunciationem uelut in tertia quadam faciamus persona uel quodpiam aliud quod ipsum, est, in seipso facultate comprehendat. Sed in uniuersum hoc de absolutis per se enunciationibus dictum est, omnibus. In ijs uero quæ cum modo dicũtur ipso solo, est, uerbo egemus quod uel efferatur actu uel extrinsecus propositioni subaudiatur. Aut enim uerbo, est, actu exprimendo possibile est ambulare Socratem dicimus: possibileque est esse Socratem musicum, aut licet sine, est, propositiones efferamus, dicamusque, Socratem possibile ambulare & possibile musicum Socratem esse tamen ipsum, est, in utraque subaudiendum putamus. Cum igitur in suscipiente modũ propositione non fuerit, est, uerbum actu proditum, negationẽ consensu omnium faciet negatiua particula soli modo, sed nõ ipsi, esse, infinitiuo uerbo, multoque minus etiam subiecto termino uel prædicato adiuncta. quando uero & ipsum, est, in ꝓpositionibus actu pronunciamus, negationem faciemus non magis modo, quã uerbo, est, copulanda particula. Huius nãq; cras pugnam committi naualem possibile est, affirmationis, non magis negationem, esse hanc dixeris non possibile est cõmitti cras naualem pugnam, quam illam, possibile nõ est cras naualem pugnam committi. neque enim hæc, tametsi uerbo, est, negatiuam iungat particulam, simul unquam proditæ erit affirmationi, Vtrum ergo dicendum est in omnibus propositionibus tum modo præfinitis tum carentibus, una ratione ac uia negatiua particula uerbo, est, applicanda negationem nobis fieri: ac quemadmodum in ijs euenisset affirmationibus q̃ sine modo cum ascititia præfinitione enunciantur, est, in ipsis uerbo actu posito, fieri duob' modis negationes, alias p̃finitiõe alias ipso, est, siue actu: siue potestate dicatur, negatiuã particulam assumente: si uero absque, est, omnino efferentur propositiones, in sola præfinitiõe confici negationẽ: ut in his, oĩs homo animal, non oĩs homo aĩal, sic in propositionibus quoq; modũ capessentibus, uerbũq;, est, actu habentibus fieri: duobus modis negationem affirmabimus nõnunq; modo quandoq;, est, uerbo negatiuam sibi particulam uendicante. sin non habeant penes modum, solum, ut Aristoteles quoq; nos docuit. An neque in præfinitis modo uacãtibus propositionibus quæ penes uerbum, est, fiunt negationes contradicere affirmationibus dicebamus: uerum contrariam fieri in uniuersalibus: in particularibus subcontrariam. neq; si hoc ita sese in modo carentibus habebat, iam & in modo præditis negatiões necesse fuit uti p̃didimus bifariam effici. Omnino nanq; ne differentiam quidẽ in ui ullam hæc obtinet, Affirmatio Socratem possibile ambulare, ab hac, possibile est ambulare Socratem/: uel hæc/Socratem musicum esse possibile, ab hac, possibile est Socratẽ musicum esse/. eodem modo neq; hæc, negatio, nõ possibile Socratem ambulare, ab hac, ambulare non est possibile Socratem, neq; hæc, non possibile esse Socratem musicum, ab illa, possibile non est musicum Socratem esse/. quandoquidem nec si, possibile per seipsum dicamus, uelut quid aliud præter quam hoc quod dico, possibile est nos, proferre arbitramur: neq; ipsa plane ut duo diuersaq; pronunciamus: sed quasi totum q̃dpiam unum hoc ipsum, possibile est dicimus ipsumq; hoc enũciamus, subesse in rebus ijs talis existendi modus quæ propositione explicantur. iccirco neq; hoc, non possibile, ab hoc, possibile non est aliud quodpiam erit quamobrem nihil est quod illis quæ de his Aristoteles tradidit quidquam addamus. Eadẽ & in ijs ratio habetur propositionibus quæ uerbum, est, potestate comprehendunt: Nanque huius affirmatiõis, bene ambulat Socrates, uerbum, ambulat, indicatiuum obtinentis, in quo non esse, sed, est, continetur, non hanc magis, non bene ambulat Socrates, esse negationem putes quam hanc, Socrates bene nõ ambulat. Quod si nõ ambulante omnino Socrate, is mentiatur qui bene ambulare illum dixit, utrum etiam tunc negationem faciemus negatiua particula modo an magis prædicato adiecta? An ipsam dicendum est semper modo, non semper tamen eodem sensu applicandam. Nam quo pacto affirmationem duobus modis mentiri accidit, tum non ambulante omnino Socrate, tum ambulante quidem, uerum nõ recte ambulante, ita uidelicet res sese & in negatione habebit, Socrates nequaquam bene ambulat, dicente. Siquis uero de p̃finitis cum modo quærat affirmationibus, qua ratione faciendæ in ijs negationes sint utrum negatiua præfinitioni an modo nectenda particula: siquidem in iis præfinitis omnem de ipsis commentationem tractauit Aristoteles, facile est respondere, neq; in his ipsam alij cuiquam præter quam modo construendam, propositiones enim nõ terminos priuatiuos esse oportet. Sin minus, accidet rursus ueram simul esse contradictionem in proprie possibili & contingente, ubi contrarias quoq; in æqualiter contingente concurrere usu uenit. nam quod omni contingit, hoc ꝓrsus & nõ oĩ in significatione oĩ cõtingentis: q̃ñquidẽ non etiã contingẽter omni inesset, q̃ñq; uero, & nulli. Cõstatq; nequaq; fore ut hæc ab illis discrepent quæ inter initia ꝓdidimus, præfinitionem oĩs, &, nullus, cũ, aliqs p̃finitione ac nõ oĩs in mã cõtingente, uel si in futuro capiantur tempore, perpetuo depugnare. nã illic cũ ꝓpositiões uelut existẽtes inspiceremus hæc de ipsis decernebamus. Et uero illud quoq; oĩs, &, nullus, in mã cõtingente simul mentiri: ꝓpterea: q̃m simul falsas esse ambas sic ut es hac in mã necesse est: ut q̃ ipm cõtingẽs, q̃ ineẽ nõnullis, q̃busdã uero nõ ineẽ nã est aptũ, oĩ uel nulli ꝓnunciãt dubioprocul cõpetiturũ: nõ secus atq; in p̃dictionibus fit de ijs q̃ eueniunt necessario, uel nõ eueniũt: in q̃bus, erit, aut nõ erit, dicere consueuimus: id q̃ neq; in ampliore, neq; in angustiore contingente locum obtinet: dicentibus nobis, oĩs homo canescet in senectute: nullus erit sedigitus/. Particulares autem ueraces esse ambas: qua de re contradicere eas uniuersalibus merito accidit. Nunc uero de ijs agitur propositionibus quæ cum contingenti modo proferuntur: uniuersaliterq; asseueramus in indiuiduis omnibus, aut nullo prædicatum fore: quandoquidem nec particulatim cuiquam inerit. Sed uerum quoque asserimus, non eo quod natura est uniuersali capiendo (haud enim hoc potest omne quopiam ex ijs quæ contingenter de ipso prædicantur aut impertiri aut priuari) sed quod distinctionibus adiectis q̃busdã eo deductũ ẽ ut ꝑ seipm uniuersum capax fiat accũtis: ceu cũ dicimus, ꝓtigit ut oĩs futuri hac tempestate Athenieses in senectute canescãt: sed & nõ oĩs, & cõtingit sedigitum fieri neminẽ: sed potest & aliqs fieri/: & contingit hoc

anno atque in hac regione nullo canicularium die imbrem incessere: sed incessere & quodam potest imber: & omni brumali uerbi gratia, uel huius mensis: uerum potest & non omni/. Quapropter cũ uniuersales dicimus particularibus in huiusmodi contradicere propositionibus in quibus prædicatũ aut iam existit, aut extitit, aut prorsus fore ut existat in subiecto perhibemus, ita pronunciamus, quo nobis etiam modo Aristoteles in primæ huiusce libri Sectionis conclusione tradidit, cũ uim describeret contradictionis. Cæterum si quærat quispiã utrum hæc/contingit nullum esse iustum hominem/affirmatio sit, an negatio nuncupanda, affirmationem omnium consensu respondebimus: propterea quoniam absque negatiua particula assumptus est modus. præterq; proditam in rebus ipsis demonstrationem, testem huiusce rei citabimus Aristotelẽ: qui propositiones has/contingit nulli/uel/non omni/&/nulli necesse/uel/non omni/negationes quidem appellat in Resolutoriorum tractatu: ob eam quam post causam exponemus: docet autem in illis ipsis, non plane negationes, uerum affirmatiões esse. Itaque Nunc uero tantum inquit, præter supradicta compertum nobis sit, hoc/contingere nulli/uel cuiquam non, ineẽ, affirmatiuam siguram obtinere: cum/non/aduerbium/cuiquã nomini, non uerbo inesse in oratione illa, cuiquam non inesse/coniungatur: perindeq; significet propositio atq; non omni cõpetere, insertq; huius ilico probationẽ: cum ait, quippe uerbũ contingit non secus atque, est, ipsum statuitur. & quæ hæc sequuntur. Cum igitur in opere proposito de Interpretatione oppositiones Philosophus, omnisq; generis differentias tradere nobis instituerit propositionum, iure negationum modum exposuit nobis præcipuum. in Resolutorijs uero in quibus cõpositiones docere nos proposuit syllogismorum, propositiões de quibus & ex quibus constituuntur syllogismi in affirmatiua, quam ipse appellat, figura omnes accersit: quoniam finitũ quid uolumus in syllogismis certumq; colligere: quod autem finitum est, id ex finitis constat propositionibus: magisque finitæ affirmationes esse quam negationes uidentur: ut quæ formis proportione respondeant: faciliusque in ijs hac de causa ad ratiocinandum aptos ineptosue assequimur propositionum complexus. Vocat autem ex ijs alias affirmationes, negationes alias: non solum à præfinitionibus diuisione eiusmodi ipsarum facienda, sed eo etiam quoniam accidit, ut quæ sunt in libris illis ceu negationes acceptæ, idem quibusdam plane negationibus sonent: ijs inquam quæ & modum simul & affirmatiuam præfinitionem tollunt: perinde quasi sint, quod de ipsis Iamblichus iquit Philosophus, uoce affirmatiuæ, negatiuæ uero facultate. Quandoquidem nanque oppositiones propositionum penes uel modos, uel quantitatem, uel qualitatem capimus, obiacent uero secundum modos necessariæ propositiones contingentibus, quoniam rem illæ de qua pronunciant, eodem pacto perpetuo sese habere indicant, hæ modo esse modo non esse, nimirum impossibilis cum necessarij numeratis hac in re propositionibus, quare & idem eas posse dicentem audiemus Aristotelem, in quanto uniuersales particularibus affirmatiuæ negatiuis in quali, in contingente & necessario, si modum modo, quantum quanto, quale quali opponentes affirmationi q̃ tanquam negatio cepta est capiamus oppositam ut huic/contingit nulli/illam/ necesse cuiquam/ huiusq; negationem quæ proprie, hoc est penes modum fit, sumpserimus, nempe illam/non necesse alicui/consonam huic illam quæ in Resolutorijs uelut negatio assumpta est inuenimus. nam quod alicui necesse non est, id nulli contingit: & contra. Eadem & in reliquis propositionibus quæ penes hos modos sunt non solum præfinitis, sed etiam impræfinitis ratio est, siquis harum quoque illas quæ particulam uerbo esse negatiuam copulant eadem atque in præfinitis intelligentia negationes censet uocandas. Nanque huic/ contingit non esse/ contradicit illa penes modum qualitatemque/necesse est esse/ consentit uero illa/ non necesse est esse/quæ proprie negatio est. huic uero/necesse non esse, illa contradicit/contingit esse/concurrit illa/ non contingit esse. An uero & concurrentes secundum modum quem diximus inter se propositiones mutuam quandam habeant differentiam, tempestiuum non est in præsentia curiosius disputare sed eius est quæ de mistionibus in priorum Resolutoriorum priore habetur contemplationis. Neque enim breuis, neque in confesso perspicacioribus est ea ratio quę discernere illas conatur, ut quæ ex falsa suppositione prodeat: quæ suppositio in omni pariter cõtingente cum uniuersali negatione reciprocare uniuersalem affirmationem putat: nihilque, quod ad hoc attinet, æqualiter contingente plus quam ut plurimum uocato: obtinet: uerum cogitur ut contingere quinis digitis nasci omnes homines, ita nullum etiam confiteri. In eo autem quod inesse dicitur, quoniam species huic nulla opposita est propositionis, sin in quanto solum & quali oppositam sumpserimus, ut huic/inest nulli/hanc cuiquam inest, huius negationem quæ est/non inest cuiquam/illi/nulli inest/idem sonare inueniemus. Quapropter nihil est quod in utrouis tractatu desideretur: id quod suspicari quis potuisset: cum eas in neutro opere quę tanquam negatiões in altero acceptæ sunt, tradi uideat: sed genus conueniens docendi Aristoteles utrique seruauit. Quod si propositio illa quæ contingit udena idest nullum esse, inquit pennatum hominem / proprie esse uidetur negatio, nihil est quod mireris, nam hic negatiua particula ad ipsum quoque modum uelut illi adiuncta exauditur: atque hoc pacto proprie negationem facit. Sed est hoc apud Græcos magis conspicuũ quippe si Græce pro undena medena idest nullum grammaticum esse contingit hominem dixerimus, nõ negationem amplius proferre, sed transpositiam dubioprocul affirmationem uidebimur: quoniam/me/ Græcum aduerbium negandi non quemadmodom/u/generis eiusdem aduerbium modis in negationibus præponi natura est aptum. haud enim quo modo/uc endechetæ idest non contingit/possunt ita & me endechetę dicere. Sed ad ea redeamus exponenda quæ deinceps tradita sunt Aristoteli: dicamusq; uelle eum proportionem quandam in modo præditis uacantibusq; propositionibus à nobis capi geometricam: cum quem inquit in modo carentibus habent ordinem subiectæ res ac prædicatæ ad ipsum/esse/&/non eẽ/eundem in modo utentibus hoc/esse/&/nõ esse/ad modos obtinere. utque in modum non habentibus negatiuam particulã neque subiecto neque prædicato ad negationem faciẽdam copulari, sed soli uerbo/esse/oportebat. eodem pacto & in his si non uerbo/esse/sed modo coniungatur, negationem esse facturam. Hæc ergo propositio/Socratem possibile est iustum non esse/non erit negatio: sed infinitis atque ex transpositione uocatis affirmationibus proportione respondebit. eritque secũdum proditam methodum hæc illius negatio, non possibile est Socratem iustum non esse/. nam & has in propositionibus modũ accipientibus transposititias nominant. simplices autem eas q̃ uerbũ esse absq; negatiua assumunt particula/non pote est eẽ. Socratẽ iustũ. At Aristo. uel hoc loco breuitati studẽs affirmationem simplicem per hoc/ possibile esse, tantum significat: transpositiam per hoc, possibile non esse, : nobis nimirum reliquens quascunque ijs uelimus res subiectas prædicatasq; subijcere. Differentiam autem hanc contradictionum, simplicis inquam ac transpositiæ uel in cæteris modis censet, cõtingente & necessario & impossibili spectandam. suntque manifesta ea quæ de illis produntur: præter illud, {Eaque affirmationem ac negationem facientia.} quod de modis dicitur. Hos enim inquit conuenit uel affirmatiue ac sine particula negatiua acceptos, ut possibile, necessarium, uel negatiue & cum negatiua particula, ut, nõ possibile, nõ necessarium, cum uerbo, esse, ac, non esse, construere atque connectere. Constatque sumptos affirmatiuos, si uerbo, esse, complicentur, simplices affirmationes: sin, non esse, transpositiias esse facturos. negatiuos uero si ipsi, esse, adhibeantur, simplices negationes sin, non esse, transpositiias reddituros. Tum igitur id est hoc pacto attendendum: tum quod postea quam oppositiões penes dictos enumerauit modos, adijcit, {Verũ, non uerũ.}

I nimirum nos monitos uolens, alios quoque præter antedictos quatuor, posſibilem, contingentem, neceſſarium, impossibilē, eſſe innumerabiles modos uerum ſe ad præceptionem propositionum, ob cauſam quam ſupra reddidimus, his eſſe contentum.

III Et vero ratione fiunt conſequentiæ ſic ſtatuentibus. Posſibili nanque eſſe conſequens eſt eſſe contingere: idque cum illo conuertitur. & non impossibile eſſe, & non neceſſe eſſe. posſibili vero non eſſe, & contingenti non eſſe, non neceſſe non eſſe, & non impossibile non eſſe. Non posſibili eſſe, & non contingenti eſſe, neceſſe non eſſe, & impossibile eſſe. Non posſibili autem non eſſe, & non contingenti non eſſe,
K neceſſe eſſe, & impossibile nō eſſe. Porro id quod dicimus ex ſubſcriptione ſpectetur.

PAGELLA

PRIMA	SECVNDA
Posſibile eſſe.	Non posſibile eſſe.
Contingens eſſe.	Non contingens eſſe.
Non impossibile eſſe.	Impossibile eſſe.
Non neceſſe eſſe.	Neceſſe non eſſe.
Posſibile non eſſe.	Non posſibile non eſſe.
L Contingens non eſſe.	Non contingens non eſſe.
Non impossibile non eſſe.	Impossibile non eſſe.
Non neceſſe non eſſe.	Neceſſe eſſe.

Itaque impossibile & non impossibile contingenti & posſibili, & non contingenti & non posſibili conſequentia quidem contradictorie ſunt, verum ordine obuerſo. Quippe hoc, posſibile eſſe, impossibilis ipsius negatio, nimirum hæc, non impossibile eſſe, comitatur. negationem vero affirmatio. non posſibili nanque eſſe conſequens eſt eſſe impossibile. ſiquidem affirmatio eſt, eſſe impossibile: non impossibile eſſe, negatio. At neceſſarium quonam pacto ſeſe habeat videndum. atque non ita ſe habere conſpicuum eſt. verum ſequi contrarias, contradictiones vero eſſe ſepoſitas. Non enim huius, neceſſe non eſſe, illud non neceſſe eſſe, negatio eſt: cum ſimul posſint ambæ verum in
M eodem fateri. nam quod non eſſe eſt neceſſe, id non neceſſe eſt eſſe.

Conſtat in his de propoſitionum illarum agi conſequentia quæ cum modo proferuntur. Cum autem ſint quatuor modi posſibile, contingens, de quorum conuenientia diſcrimineq; poſthac diſputabitur, & præter hos neceſſarium, & impossibile, cūque ex quatuor ſingulis propoſitiones duæ ſimplices, duæ ex tranſpoſitione ſpectentur, quatuor posſibilis propoſitionibus ordine congruo in tabella expoſitis, inſpicit quo pacto aliorum cuiuſlibet modorum propoſitiones ad has obtineant conſequentiam: hanc inquam uerbi gratia/ posſibile eē/ N posſibilis affirmationem quæ propoſitio contingentis, quæ neceſſarij, quæ impossibilis conſequatur: eodē & in cæteris modo: Ponitq; primum propoſitiones omnes contingentis propoſitionibus posſibilis conſequentes eſſe omnibus, eas quæ ſimiliter illis dicuntur, affirmationi ſimplici ſimplicem affirmationem: tranſpoſititiam tranſpoſititiæ. ſimili modo & in negationibus. Per hæc igitur à ſe idem nullo diſcrimine ſonare posſibile & contingens poni. non ſolum declarat cum { Posſibili eſſe } inquit { conſequens eſt eſſe contingere, } ſed etiam cum addit, { Idque cum illo conuertitur. } Impossibilis uero propoſitiones rurſus ſimplices posſibilis cōtingentisq; ſimplicibus conſequentes eſſe pronunciat: non ſimiles tamen ſimilibus: { Verum ordine, } ut ipſe loquitur, { Obuerſo, } nēpe ſimplici primæ pagellæ affirmationi ſimplicem negationem ſecundæ. negationi ſimili posſibilis & contingentis quæ in eadem eſt pagella ſimplicem quæ in prima pagella eſt impossibilis affirmationem: eadem ratione & in tranſpoſititijs. paretq; O id iure optimo fieri. Nam quod eſſe posſibile eſt, contingitque eſſe, id impossibile eſſe, ridiculum. uerum eſt autem non impossibile eſſe dicere: quod autem non posſibile eſt eſſe, neque eſſe contingit, impossibile id eſſe manifeſtum eſt nobis faſſum iri: ut non posſibile, neq; contingens eſt diametrum eſſe commenſurabilem coſtæ. ergo impossibile eſt commenſurabilem coſtæ eſſe diametrum. eadem & in ijs dicemus quæ ex trāſpoſitione proferuntur. Simplicibus uero eſſe posſibilis ac contingentis affirmationibus, ſimpliciq; impossibilis comitē negationi ſimplicem rurſus principio negationē ponit neceſſarij: fitq; ut ſub his/posſibile eſſe/contingens eſſe/non impossibile eſſe/ hæc/non neceſſe eſſe/ſtatuatur. Nāq; posſibile & contingens cum inter neceſſarium & impossibile poſita uideātur, neutriq; eadem eſſe extremorum, merito negationem utrāq; ſequentē habere uiſa ſunt. Sub ſimplicibus autem posſibilis ac contingentis negationibus, impossibilisq; affirmatione ſimplici, non P etiam affirmationem ſimplicem neceſſarij, ſed tranſpoſititiam ponit. Quod enim non posſibile & non contingens & impossibile eſt eſſe, id neceſſe eſſe, dici non poteſt: ſed neceſſe ut non ſit eſſe perſpicuum eſt. Nam ſi impossibile eſt coſtæ diametrū eſſe commenſurabilem, eam non eſſe commenſurabilem neceſſe eſt. Rurſum ſub tranſpoſititijs posſibilis affirmationibus & contingentis tranſpoſititia locata impossibilis negatione, iure ſub illarum negationibus affirmationem reponit e regione ſuæ ipſius inficiationi oppoſitam. Rurſus uero ſub affirmationibus quas diximus tranſpoſititiaq; negatione impossibilis, negationem ſimiliter ſeſe habentem conſtituit neceſſarij hoc eſt ſub illis posſibile non eſſe, contingens non eſſe, non impossibile non eſſe/hanc/non neceſſe non eſſe/. ſub harum autem oppoſitis, hoc eſt ſub his/non posſibile non eſſe, non contingens non eſſe, impossibile non eſſe/non tranſpoſititiam affirmationem præterea neceſſarij, (nam ſupra iam ſub ſimplici posſibilis negatione deſita eſt, & eas quæ hanc ſequuntur) ſed affirmationem ſimplicem/neceſſe ē eſſe/; quæ ſola etiam ex neceſſarij Q propoſitionibus illocata remanſerat; cum ab ipſo iam tres aliæ ſingulæ. quo modo expoſuimus, in ſua ſede ſint cōſtitutæ. His in præſentia hunc in modum digeſtis, uult in tabella quoque, quam ſubſcriptionem uocauit, quaſi ijs de quibus docuit ſubiecta, proditam ab eo ceu pictura quadam ſpectemus propoſitionum ſequelam. atque à ſimplici posſibilis affirmatione ſumpto initio, deinceps ab alijs modis hac ratione conſequentes enumerat. Exinde docendo progreditur; aſſumptaque in eadem delineamenti uelut pagella tranſpoſititia posſibilis affirmatione, ab hac rurſus ordine reliquorum propoſitiones modorum conſequentes ſubiungit. tum deinde ad percenſendas tranſit propoſitiones in altera delineamenti pagella deſcriptas. Cæterum quoniam culpa non uacat proſcriptio prodita propoſitionum, tametſi probabilis minus perſpicacibus

ob redditas

A ob redditas cauſas uideri queat, per ſequentia quod ibi uitioſe expoſitum eſt corrigere inſtituit. Prius autem nos rogat attendamus, in edita propoſitionum tabella quonam ſe ordine impossibilis, quo neceſſarij propoſitiones habeant: ut liceat quidnam id ſit quod in illa perperam habetur contemplari. quamobrem hæc quoque ſubnectit, { Itaque impossibile & non impossibile contingenti & posſibili, } etc. quibus uerbis affirmatiuas negatiuaſque impossibilis propoſitiones expoſitas eſſe ex conſequentia, ſubditaſque posſibilis ac contingentis affiamatiuis negatiuiſque propoſitionibus dicit: negationibus aduerſus proprias affirmationes recta deſcriptis: totaque ſimplici impossibilis contradictione ſub ſimplicibus conſtituta illarum contradictionibus: totaque tranſpoſititia ſub ijs quæ ex tranſpoſitione nominantur: ſed ordine, quemadmodum inquit obuerſo: nimirum obuerſione illa circa ſolum qualitatis ordinem ſpectanda: propterea quoniam cōſequentes illarum ſunt affirmationibus negatiōes īpoſis nō īpoſe, in quā, eſſe/ſimplex negatio, & tranſpoſititia negatio/non impossibile non eſſe, af-
B firmationes negationibus, tum affirmatio ſimplex hæc impossibile eſſe/tum affirmatio illa ex tranpoſitione/impossibile nō eſſe. Quamuis enim quibuſdam cum priuatiue enuncientur ad ſpeciem declinare uideantur negationum, tamē totum hoc eas eſſe/priuatiuas affirmationes/confitemur. ideoque ſolum hoc uoluit in ijs Ariſtoteles annotaſſe. Propoſitiones ergo impossibilis iuſto, id quod diximus, ordine expoſitas ait: minime uero illas neceſſarij. quippe contradictionem facientes in eo propoſitiones, ut/neceſſe eſſe/ſimplicem affirmationem/&/non neceſſe eſſe/ſimplicem negationem, ſeparatim, neque recta inter ſe oppoſitione expoſitas eſſe: cum ſimplex hæc affirmatio/neceſſe eſſe/ infra in ſecunda pagella ſub tranſpoſititia impossibilis affirmatione conſtituta ſit: eius uero negatio parte primæ pagellæ ſuperiore ſub ſimplici negatione impossibilis rurſus hæc affirmatio neceſſe non eſſe, parte ſuperiore ſecūdæ pagellæ, negatio illius in fine primæ exponatur; quæ autem recta ſibi obſtant inuicem, non ab ijs contradictionem etiam
C fieri: id quod modorum omnium aliorum eodem inter ſe uerſu oppoſitæ propoſitiones habent. Nanque hæ, non neceſſe eſſe/&/neceſſe non eſſe/quæ ſimplicibus posſibilis propoſitionibus ſunt conſequentes, ſimul mutuo ſunt in materia neceſſaria mendaces. quæ uero tranſpoſititijs, nempe hæ non neceſſe non eſſe/&/neceſſe eſſe/in impossibili. quo factum etiam eſt ut contrarias eas appellauerit: qua rōne modo carentes quoq; cum inter ſe commentiuntur, contrarias nuncupamus. Falſum igitur eæ ſibijnuicem in proditis nunciant materijs quæ e regione ſunt expoſitæ neceſſarij propoſitiones. & contra, ueræ ſimul eſſe in alijs uidentur nonnullis. Nam rurſus eæ quæ ſimplices comitantur, uerum inter ſe produnt in impossibili materia: quod Ariſtoteles inquit, cum ait, { Quod non eſſe eſt neceſſe, id non neceſſe eſt eſſe. } quæ uero tranſpoſititias, in neceſſaria.

IIII Enim vero in cauſa id eſt quo minus per-
D inde, atque aliæ neceſſarium ſequatur, quod idem valens impossibile contra ac neceſſarium redditur. Nam quod eſſe eſt impossibile, id neceſſe eſt non quidem eſſe, verum non eſſe. quod autem non eſſe impossibile eſt, neceſſe id eſſe. Quamobrem ſi illa ſimiliter posſibile ipſum & non posſibile, hæc e contrario ſequuntur. quandoquidem non idem ſignificat neceſſarium atque impossibile: ſed obuerſo, vti dictum eſt, ordine.

Conſequens ſane erat ut propoſitionum proſcriptionis prius correctionem traderet poſthaq; aſſerendam: perperamque ſeſe in tabella ſupra expoſita habere demonſtraret negationes neceſſarij. Neque enim ſimplicem aliorum modorum ſimplicibus eſſe propoſitionibus, ſed tranſpoſititijs ex aduerſo ſuæ ipſius affirmationi iunctam oportuit: neque tranſpoſititijs illam quæ ex tranſpoſitione appellatur: uerum ſimplicibus hanc quoque e directo ſuæ comitem affirmationis: atq; E ita quæ per hæc dicuntur, adijceret contradictionem tranſpoſititiam neceſſarij iure ſub ſimplici posſibilis atque impossibilis conſtitutam eſſe contradictione: ſub tranſpoſititia ſimplicē. Conuenit enim rem eſſe prius intelligas, quam cur illa ſit quæras. Verum forte Ariſtoteles poſt illegitimum factæ ab initio proſcriptionis indicatum ordine neceſſarij propoſitionum, quaſi perſpicatioribus conſequentem illarum expoſitionem protinus intelligentibus, cauſam per hæc reddere iuſtæ ipſarum conſequentiæ uoluit. Sed quam eſſe cauſam dicit, ut ſimplicibus posſibilis impossibilisq; propoſitionibus tranſpoſititiæ ſubiectæ ſint neceſſarij. tranſpoſititijs ſimplices? { Quoniam idem } inquit { Valens impossibile contra ac neceſſarium redditur, } atque idem ea ualere quidem ait, quoniam eodem ſemper modo habet ſeſe utrunque illorum: neque eſt capax contrarij: cum alterum ſit ſemper, alterum ſemper non ſit. F contra autem reddi, propterea quod cum ipſum/eſſe/horum alteri adhibemus modorum, propoſitionemq; facimus ſimplicem, alteri ipſum apponimus/non eſſe/ac tranſpoſititiam propoſitionem conſtituimus. Nam quod eſſe neceſſe eſt, id non eſſe eſt impossibile: & quod eſſe impossibile eſt, id neceſſe eſt non eſſe. Has igitur impossibilis propoſitiones ſi propoſitionibus, inquit, posſibilis & contingentis conſequentes eſſe, ſimplicitate illis, uel tranſpoſitione ſimiles diximus, ſuccedere ipſis eas accidet neceſſarij quæ, ut ipſe ait, econtrario in his ſeſe habent, hoc eſt tranſpoſititias ſimplicibus, & trā.ſpoſititijs ſimplices. His hunc in modum enucleatis, repetit ea quæ de neceſſarij atque impossibilis communitate & differentia prodidit: eaque nobis uult in depromptu haberi, nempe idem inter ſe ordine obuerſo ualere. Nanque ipſum/neceſſe eſſe/impossibile dixeris ad non eſſe: & eē impossibile, neceſſarium rurſus ad non eſſe.

An fieri nequit vt diſpoſitæ ſint hoc pacto G
V neceſſarij contradictiones. Nam quod neceſſe eſt eſſe, id eſſe posſibile eſt. ſin minus, negatio conſequetur. quippe cum aut affirmare neceſſe ſit, aut negare. quamobrem ſi posſibile eſſe nequaquam eſt, impossibile eſt eſſe. ergo id eſſe eſt impossibile quod neceſſe eſt eſſe: quod eſt abſurdum. At vero ex hoc, posſibile eſt eſſe, illud ſequitur, non impossibile eſſe, ex hoc vero illud, non neceſſe eſt eſſe, quo fit vt quod neceſſe eſt, id non ſit neceſſe: quod minime conuenit. Atqui neque hoc, neceſſe eſt eſſe, neque hoc, neceſſe non eſſe, illi, posſibile eſt eſſe, conſequentia ſunt. ambo nanque accidere illi poſſunt: H horum vtrunuis verum fuerit, non vera etiam erunt illa. nam ſimul posſibile eſt eſſe & non eſſe. quod ſi eſſe vel non eſſe neceſſe ſit, non erit vtrunque posſibile. Reliquum eſt igitur vt hoc, non neceſſe non eſſe, ex illo, posſibile eſt eſſe, proueniat. id enim vel de hoc, neceſſe eſt eſſe, verum eſt. Etenim fit hæc contradictio ex hoc, non posſibile eſt eſſe, conſequenti. quippe hoc, impossibile eſt eſſe & neceſſe eſt non eſſe, illi conſequens eſt: cuius hæc eſt inficiatio, non neceſſe eſt non eſſe.

I Itaque & hæ quo modo diximus contradictiones sequuntur: nihilque accidit incommodi sic colloçantibus.

Proscriptio supradicta per hæc confutatur necessarij negationum: exquisitusque adeo traditur ordo illarum in descriptamodum admittentium propositionum tabella, ut nihil discrepet, nihil non suo loco positum sit: sed ordinem legitimum obtineat tota descriptio. Primum uero quæritur quænam ex quatuor necessarij propositionibus, duabus simplicibus, transpositijs reliquis simplicem sequi dicenda sit possibil s affirmationem. Atque nec, ut ante dicebamus, negationem simplicem, nempe hanc. non necesse esse, nec utranuis affirmationum ceu consequentem demonstrat illi subnecti oportere; sed solam hanc, non necesse non esse, transpositiam negationem: quæ ad rectum suæ ipsius affirmationi obiacebit. Colligiturq; ex his conuenire ut simplex negatio sub transpositia possibilis affirmatione statuatur, recta quidem & ipsa propriæ affirmationi occursura. quasi tres aliæ sint necessarij propositiões iam suis locis in tabella per ordinem desitæ. Sic enim sese his habentibus, non amplius quæ sibi mutuo contradicunt à se inuiuicem seorsum descriptas esse ut prius, accidit: competentēq; sibijpsis locum sortientur contradictiones necessarij: quæ pariter cum impossibilis contradictionibus porriguntur: contra uero assignantur atque illæ: id quod proxime proditum est. { Fieri } igitur inquit Aristoteles, { Nequit ut dispositæ sint hoc pacto necessarij contradictiones. } quod perinde est ac si dicat, fieri nequit ut eo modo dispositæ integram ad alias obtineant consequentiam: Hanc porro, non necesse esse simplicem negationem simplici illi affirmationi, possibile esse, non recte à nobis, uelut ei consequentem, fuisse subiunctam, prærepta uelut sumptiuncula demonstrat ea est huic simplici necesse est esse, consequentem illam esse necessario, possibile est esse, probatque id abductione utens ad impossibile hunc in modum. Nam si hæc inquit, possibile esse, ex illa, necesse esse, nequaquam sequitur, hæc, non possibile esse, eius negatio consequetur. quippe ueram esse in omnibus uel affirmationē uel negationem necesse est. Verum si hæc, non possibile esse illam sequeretur, necesse est esse, quoniam tum ei tantundem ualenti quæ est, non contingens esse, consequentem illam, impossibile esse, dicebamus: fieret ut hę, necesse esse. & impossibile esse, uerum inter se conferrēt: quod à ratione plane abhorret. hæc igitur possibile esse, illam, necesse esse, oportet sequatur. Itaque hoc præsumpto facile ostenditur non recte à nobis proditum, hanc, non necesse esse, sequi ex illa, possibile esse. Nam si huic, necesse esse, consequens illa est possibile esse, ut sumptiuncula demonstrauit: huius autem, possibile esse, illam non necesse esse consectatricem esse arbitraremur, ut initio in tabella descripsimus, ex hac igitur necesse esse proueniret eius negatio non necesse esse, quod fieri nequit. Non ergo sub hoc, possibile esse, collocanda hæc est, nō necesse esse simplex negatio necessarij. Verum neque utrauis illius affirmationum uel hæc, necesse esse, uel illa, necesse non esse. siquidem ex ijs utraque naturam quandam finitam declarat: altera. nimirum simplex, illam quæ semper sit altera. hoc est transpositia, illā quæ semper non sit. At esse possibile ancipitem obtinet naturam: atque in ipsum non esse cadit nonnunquam. quod enim possibile est esse, potest id quādoq; & non esse. quocirca neq; harum utralibet cum illa, possibile esse, simul erit. Itaque tribus explosis necessarij propositionibus, uelut illam sequi, possibile esse, nequeuntibus, hæc, non necesse non esse, transpositia negatio sola relinquitur. quamobrem hæc illi comes adiudicanda est: quemadmodum simplici illi negationi, non possibile esse, consequentem esse illam dicebamus, necesse non esse, transpositiam affirmationem. Patetq; simplicem hanc negationem, non necesse esse, in eum locum quem in superiore tabella hæc, non necesse non esse, obtinebat à nobis transpositū iri: quo fit ut propositiones omnes omnibus consonas reddamus. Cæterum nequis quo pacto illam, non necesse esse sequi non posse ex hac, possibile esse hoc præsumpto ostendebamus, possibile esse, illi, necesse esse succedere, eodem modo neque illam, non necesse non esse ex ea, pgredi demonstrari posse arbitretur, illud addit. { Id enim uel de hoc, necesse est esse, uerum est. } Haud enim amplius absurditas continget, si ex hoc necesse esse, illud, possibile esse sequi dicamus: ex hoc uero possibile esse, illud, non necesse non esse. quippe has ob res usu ueniet ut hoc nō necesse nō eē, illi, necesse eē, cōsequēs sit: qd' nō solū absurdum nō est, sed ēt uerum. Nam quod existentiā habet necessariam, nequit hoc necessariam quoque priuationem habere existendi.

PROSCRIPTIO VERIOR

MODVM ADHIBENTIVM PROPOSITIONVM CONSEQVENTIAE.

PAGELLA



PRIMA	SECVNDA
Possibile esse.	Non possibile esse.
Contingens esse.	Non contingens esse.
Non impossibile esse.	Impossibile esse.
Non necesse non esse.	Necesse non esse.
Possibile non esse.	Non possibile non esse.
Contingens non esse.	Non contingens non esse.
Non impossibile non esse.	Impossibile non esse.
Non necesse esse.	Necesse esse.

Verum his ita proditis, iure per ea quæ sequuntur quærit Aristoteles utrum hæc, possibile esse, sequi illam, necesse esse, an non sequi dici conueniat: propterea quoniam hæc ambo uera esse non possunt. Horum autem uidetur utrunque communire: alterum abductione ad impossibile: alterum recta. dicitque.

Cæterum quæsiuerit quispiam an huic, necesse esse, consequens illud sit, possibile esse, nisi enim sequatur, contradictio, non possibile esse, consequetur. Ac siquis non hanc esse contradictionem putet, illud necesse est fateatur, possibile non esse, : quorum vtrunq; de hoc, necesse est esse, falsum pronunciat. At vero contra possibile esse idem secari videtur & non secari: & esse & non esse. quapropter quod necesse est esse, id cōtinget non esse: quod falsum est. Constat igitur non quidquid possibile est vel esse vel ambulare opposita etiam posse: sed esse in quibus verum non sit: primum quidem in ijs quæ non per rationem possunt. vt ignis calefactorius est: potestatē obtinet rationis expertem. Compotes igitur rationis facultates eędem plurium atq; contrariorum sunt. rōne carentes, non oēs: sed, quemadmodum diximus, calefacere non potest ignis & non calefacere: nec quæcūq; alia semper agūt. Possunt tn

A nonnulla quoq; irrationalibus prædita facultatibus opposita simul suscipere. Verum hoc illius gratia prodidimus, quod oppositorum non omnis capax vis est: nec quæ sub eadem specie dicūtur. Sunt vero quædam æquiuocæ potestates. Nā possibile, non simpliciter appellatur: sed alterum quia verum est ceu quod actu existat: vt possibile est quenquā ambulare. quoniam ambulat: ac demum possibile est esse, quoniā id actu iam est qd' possibile esse perhibetur. alterum vero propterea quoniam ageret: vt ambulare possibile hunc esse, quoniam ambularet. Atq; hæc quidem in solis mobilibus vis inest: illa vel in ijs quæ nequaq; mouentur. Vtrūq; autem potens ambulare aut esse, tum quod ambulat iam atq; agit, tum quod
B gressile est vere dixeris. Itaq; quod possibile est hoc modo, minime verum id de necessario simpliciter nominare: verum autē est alterum. Quāobrem quoniam particulari consequens vniuersale est ipsum esse posse ex eo quod ex necessitate est sequetur: verum non omne.

Cum enim ex quatuor necessarij propositionibus hanc solā, non necesse non esse, posse ex hac sequi probaret, possibile eē ex alijs nullam primum quidem hanc, non necesse esse, non sequi ex ea posse demonstrabat: assumebatq; huic, necesse esse, consequens esse illud, possibile esse: idq; per abductionem ad impossibile asserebat: quam nunc etiam nobis tētat ad memoriam reuocare. adducitq; illam maiore studio: cum ex cautione abundante adijciat, tametsi quis hujus, posse esse non hanc,
C non posse esse uerum illam, possibile non esse, negationem eē, arbitretur, nihil tn ob id plus illi accessurum, fateri enim cogetur is, quod necesse dicimus esse hoc ut possibile sit non esse fore nonnūquam: quod à ratione planissime abest. Tum deinde cum ad affirmationes transiret necessarij confutandas, quasi illi consonans esse neq; harum utralibet possit, contrarium proxime dictis pronunciabat: quod ipsum quoq; per hæc repetit: nimirum quod necesse est esse, id ut quandoq; non sit, esse impossibile: quo modo quod necesse est non esse, impossibile eē ut aliquando sit, quod uero possibile est eē, ex eorum quę alias sunt, alias non sunt numero censeri. eoq; fieri ut rursus non hoc etiam, possibile esse, ex illo, necesse esse, has ob res consequat. Quæstione igitur soluenda, in causa esse affirmat possibilis æquocationem ut rōnum appareat contrarietas. qua sequi possibile ex necessario, rursusq; alio sensu atque alio non sequi contingit. Nāq; possibile partim esse inquit quod actu iam est: ut cum ambulare dicimus posse ambulantem: Solemq; illustrare posse: uel moueri partim per facultatem atq; aptitudinem
D duntaxat: ceu cum ambulare sedentem posse, & ambulantem posse dicimus non ambulare. Sed eius quod actu constat alterum cognatum esse. ac natura insitum rei quæ ipsum posse perhibetur, eiusq; specificum: alterū aduentitium, nec semper præsens subiecto. Atque natura quidem insiti formamq; subiectis uti diximus, largientis, æternum hoc esse atq; in æternis rebus subsistere: ut cœlum in orbem moueri: uel terram in medio stam esse uniuersi: uel Deum bonum esse. illud non quidē æternum neque in subiectis æternis conspectabile: quod tamen do. nec fuerint subiecta cum illis existit: uelut cum hunc ignē posse dicimus calefacere: & niuem hanc refrigerare: cum reliquū uidelicet eius quod actu ē significatum, nempe in subiectis nō natura conditi, in ijs consideretur quæ ex potestate in actū trāsiere: quo modo sedētem ambulare posse dicebamus. Rursus eius quod in sempiternis dicitur rebus, alterum in substantijs ā materia prorsus abstractis inquit spectari: ut deorum bonitatē intellectionemq;: alterum proxime ab illo pendere, atq; existere in corporibus quidem, uerum simplicibus, & quæ nihil habent contrarij: semperq; solo circulari motu agitantur: suntq; ab omni molestia mortalium rerum excepta. Eius uero rursus quod à facultate emanat, alterum id eē affirmat quod mutari potest in actum: sicut cum puerum in Imperatorem dicimus posse euadere: nisi externa re aliqua impediatur. alterum quod nunquam ad actum promouebitur: sed ipsum esse in hoc solū obtinet quod facultate sit: uelut in magnitudinū omniūq; absolute cōtinuorum sectione in infinitum: progressuq; numerorū in ampliorem multitudinem: Cum igitur tot euariet differētijs possibile, significata sequi eius ex necessario quædam ait: alia non sequi. Nam quæ prædicata de actu existentibus possibilia in ijs quæ subiectis siue sempiternis, siue corruptibilibus ex sui natura insunt, dicuntur, hæc in ijs etiam que ex necessitate sunt uerum fateri: propterea quoniam sunt & ipsa ex necessitate: q̄si non ancipiti illa constent natura ut esse ac nō esse possint. haud enim potest ignis calidus non esse: nec cœlum non in ambitū moueri. Quod autem à potestate in actum migrauit, ut in, ambulare, uerbo dicebamus, quodq; in aptitudine uel natura cōparata in actū mutari, uel neq; idonea, sed ipsum esse in eo dūtaxat quod semper possit obtinente spectatur, non etiam conuenire necessario. Quapropter. & sequi ex necessario possibile, & non sequi asserentes, recte dicimus, alio nimirum, ut ante de ipso prodidimus, alioq; mentis conceptu. Quāq; enim non distincte huiusmodi possibile ut unica species illa actu existentis, uerum simpliciter possibile ex necessario sequi pronunciabamus, nihil tn cōmemorabamus absurdi. Nam quo modo terrestrem canem simpliciter etiam canem nominamus, et Aiacē Telamonis absolute quoq; Aiacem, sic & id genus possibile, simpliciter etiam possibile appellamus. siquidē necesse quoq; est cuiq; consequentes eorum quæ ab ipsis indicātur esse equiuocas uoces: ut genera speciebus. Sed tradit nobis hæc post Aristoteles: solutionemque promit dubitationis absolutissimā In primis uero omnium aduersus eam rationem uerba facit quæ consequens esse negat possibile propterea necessario, qd' idem esse posse atque non esse uideatur. ac { Planum est itaq; } ait { non quidquid possibile est uel esse uel ambulare, opposita etiam posse: } hoc est non esse, & non ambulare: nō quod in ambobus his ipsis quæ sunt exempli loco accepta, id quod dicitur intelligendum existimet (nam contrarium ipsum manifestum plane est ambulandi facultatem non huiusce dūtaxat, uerum oppositi quoq; esse) sed ostendere nobis uelit unicam esse in quibusdam quæ possibilia dicuntur facultatē, minimeq; ancipitem. in quibus nō etiam res illi succedet qui hoc possibile esse ex illo, necesse esse, consequi negat. additq; qualia sint ea quæ hoc pacto sese habent nempe ex ijs nonnulla quæ rationalli carent essentia: uelut inanima: quæ suis effectricibus agunt facultatibus. Itaq; cum calefaciat ignis, non potest & nō calefacere: & gleba cum in preceps feratur, non ferri etiam nequit: nisi quis eam per uim extrinsecus uetet. Quod autem dictum hoc uelit non in omnia rationalis expertia facultatis extendi, ut brutis etiam competat animantibus, declarat cū deinceps addit, { Possunt tamen nōnulla quoq; irrationalibus prędita facultatibus opposita simul suscipere. } Nā & passiuę inaiatorum facultates aperte ambigua nā p̄ditæ sunt: ut uestis & secari & non secari sitr pōt. & effectrices rōnis expti aīalium nō unicæ coactæq; sunt: ut in igne ac niue dicebamus. Nā canis uerbi gra cū ambulare queat, pōt & nō ambulare: cū obuenientes sibi uisiōes sequat. Qm uero ea rō q̄ poſe nō seq ex necessario astruebat, ab ijs promouebat facultatibus quæ in generatione atq; interitu sunt, quasi minus aptum ex sui natura necessarium sit ut utroq; pertineat: hæ uero non solum esse, sed non esse ēt possint, ob id occurrēdi principiū ab his ipsis sumēs { Primū qdem } inqt { In ijs q̄ nō p̄ rōnem possunt. } Quæ enī in sempiternis uis īest, ea potissimū ambiguitatē effugit, cōsonaq; ē necessario: de qua deinceps disputat; atq; ea q̄ euenit

I diligẽtia difficultatem soluit. Sunt uero & generascentium corrupubiliumq; facultates nonnullæ quæ, si subiecta seruentur, non utroq; uergant: sed existant cum ijs & non existant. Quo fit ut is qui posse quod possibile est esse, id omne etiam non eẽ pronunciat, uel ex his solis, ut ait, quæ semper agunt confuteẽ semper, nunc intelligẽdo aduerbi o non ad temporis infinitudinem, sed quoad fuerit subiectum. Itaq; sermonẽ illum qui posse quod esse possibile est, id omne etiam non esse dicit, non in solis uerum esse facultat bus ratione carentibus, quæ eiusdem esse inter se speciei hoc ipso quod est irrationale esse, perhibentur, ex ante dictis conspicuum est. Quoniam uero contrariorũ esse facultates eas inquit uniuersas quæ rationis compotes habentur, compertum in hominibus id quidem est siue artis capias siue uoluntatis rationem. nam qui potest sanare, is non sanare etiam potest. planiusq; in ijs etiãnum quæ ex præelectrice uoluntate fiunt: inter quas locus etiam consilijs datur. Ergo q lauari potest uel ambulare potest, is quoq; non lauari nec am-

K bulare. quippe præelectio nostra, ut pluribus ante assertum est rationibus, nostræ est dominationis: & q̃ fiunt consulto, quælibet agere atq; non agere nobis est integrum: In dijs autem quidnam dicemus? quam Alexander quoq; difficultatem proponit. Aut enim participes ratiõis esse illorum facultates negabimus: si definitæ sint, semperq; eodem pacto sese habeant ab omni mutatione exceptæ: aut nisi ratione uacent, eas quoq; oppositorum esse confitebimur. Recte igitur illæ nodum soluit. cogitatricemq; hoc loco acceptam rationem esse ait: quæ ab imperfecto ad perfectum, à propositionibusq; ad conclusionẽ progreditur: qualis nostra est, uerum non intellectualẽ, quæq; actu uno simplici cuncta semperq; stante intuetur: qualem ipse esse affirmat deorum mentem quæ ab omni prorsus exempta materia est, actumq; obtinet ipsi substantię concurrentem. An nero nec ferre in illis conuenit huiusce rationis nomẽ. nam

* mentem Aristoteles ipse censet uocandam. ostenditurq; quodam loco digniorem uel ipsa mẽte naturam obtinere. Sed hęc in prima responsione, ut sæpe commemorauimus, qua ijs occurritur qui cõtingens non sequi ex necessario arbitrantẽ. quasi

L dicat Philosophus ne in ijs quidem facultatibus quæ cognatæ maxime inter se sunt, sub unaq; ratione, quam speciem appellauit, spectantur (ratione carentibus intelligo) recte affirmari quidquid esse potest, posse & non esse. His uero subiungit deinceps exactissimam correctionem theorematis: ostenditq; quonam pacto uere utrunq; & consequens eẽ & non eẽ necessario possibile, alio nimirum atq; alio ipsius significatu dicebat: atq; { Sunt uero quædam æquiuocæ } inquit { Potestates: } perinde ac si dixisset, ne si eiusdem quidem eẽ inuicem speciei maxime facultates omnes concesserimus rationis expertes, potest citata difficultas procedere. Illud tamen ignorãdum haudquaquã est, quæ sunt in rebus uniuersis facultates, quo minus sub genus unum quodpiã referantur, nõ parum ab esse, cõueniunt enim solo nomine: natura q̃; maxime differunt. Deinde diuisionem quoq; facit illarum: quam nos anticipando tradidimus: ac quale prædicetur significatum possibilis de necessario, quale uero non prædicetur ostendit. Hæc ergo cum ex ijs pateant q̃

M ante diximus, ordine singula discutientes quæ in serie lectionis considerationem postulant, illic primum, { Atq; hæc quidem in solis mobilibus uis inest: illa uel in ijs q̃ nequaq; mouent } mobilia dicta eẽ arbitramur, quæ quidem moueri natura idonea sunt, nec iam tamen mouentur, solaq; id genus ea sunt quę generatiõi ac corruptioni debentur. Vim autem eam acceptã eẽ non quæ in sola est aptitudine, sed quæ ab actu separari ex sui potest natura: ut in solis quoque generationem atque interitum susistentibus uisitetur. Proinde huic Philosophus ea qu penes actum intelligitur facultate opponenda, subiunxit, illa uel in ijs quæ nequaq; mouentur: nimirum coniunctione indicans illa, in his quoq; spectari forsitan posse aliquando huiusmodi potestatẽ, cum suã ipsorum perfectionẽ receperint: ad q̃; pperantem habebant uim aptitudinis: ante hæc tñ in ijs quæ perpetuo mouentur, hoc est i cœlestibus: & prius his, i imobilibus idest intelligibilibus causis ac diuinis cum aptitudinis fa- N cultati nullus patere in ĩtelligibilibus queat locus: in cælestibus relinquatur qdem, ut localis illorũ mutatio declarat, semper tñ sit actu cõiuncta. nam, qđ de ipsis apposite effatus est in Meteoris, absolutus est semp illorum motus. Illud pterea, { Vtrũque autẽ potẽs seu poſſe ambulare aũt eẽ } bifariã scribi admonemus. aut. n. quo mõ exposuimus aut pro possibili non ĩpoſſe. Ergo si poſſe scribatẽ, hic sermo erit de eo q̃ ppositũ initio fuerat, nimirum poſſ nomẽ de utraq; pdicari facultate, tũ q̃ ad actum tum q̃ ad aptitudinẽ ptinet. iccirco ut pdicatũ de actuaria non de aptitudinẽ significãte, cõsequẽs erit necessario ut appellatũ de ea quoq; q̃ p aptitudinẽ dicit, ob idq; sese ambiguã pbẽte, nõ ẽt ex illo sequeẽ atq; huic illud ↄsentaneũ est q̃d deinceps addit, { Quãobrẽ qm̃ pticulari cõsequẽ uſe est, ipm eẽ posse ex eo q̃d ex necessitate est sequit: uerũ nõ oẽ. } Sin pro poſſ legatur non impoſſe, uelut excusationẽ eius hãc ab illo poni dixerim q̃d ppositionẽ, non impoſſe eẽ in primæ tabellæ descriptione sub hac, poſſe eẽ, locatã pmiserit: illã uero trãsposuerit, nõ necesse eẽ, eiusq; loco hãc nõ necesse nõ eẽ cõstituerit. Vtiq; enĩ O dixerit, hoc, non ĩpoſſe eẽ, utriq; signato poſſ, uelut hoc quoq;, nõ necesse nõ eẽ, cõcordat. ea ppter hæc ambo illi, poſſe eẽ, in scđa tabella subiũximus. illud uero nõ necesse eẽ, cum poſſ cõueniat aptitudinẽ indicãti ab actũ uero exprimente subiectisq; cognato discrepet, iure seposuimus: ne simpſr poſſ cõsequens eẽt. Sed ĩpoſſis qdem necessarijq; ppõnes ut poſſ cõsentirẽt ppositiõibus p hæc forsitã uidemur curasse, uerũ positis in tabella cõtingẽtis ppositionibus, ab initio pposita adhuc q̃stio fuerit. Nã p poſſ rursus accepto cõtingẽte pcõtabimur utrũ huic, necesse eẽ, ↄsequẽs illud sit, cõtingẽs eẽ: an secus. Si. n. sequatur q̃nquidẽ inter necessariũ & ĩpoſſe positũ cõtingẽs, põt q̃nq; & nõ eẽ, qđ necesse est eẽ, cõtingẽs erit nõ eẽ. Sin minus ↄsequẽs sit, incidemus in maius incõmodũ: cum fateri cogamur fore ut non cõtingens sit q̃d necesse est eẽ. Itaq; ad hæc respondẽdum primũ a poſſ cõtingens discerni solo nomine ab Aristo. uideri ppterea traditã hoc libro diuisionẽ poſſ, inter initia Resolutoriorũ ubi de conuersionibus tractatur, plane & in contingente P dici inueniemus: ubi In contingente uero inquit, quoniam uerbum, contingere, pluribus appellatur modis (nãq; & necessarium, & non necessarium, & poſſe contingere dicimus) ponitq; illic pro eo poſſe q̃d ad utrũq; ppensum ẽ necdũ euenit: ut hic sese habere contingens arbitramur. Quod si uel definitione promenda contingentis, neq; necessarium esse ipsum pronunciet, neq; impossibile. rationem non esse simpliciter contingentis dicemus: uerũ eius quod proprie appellatur: mediumq; inter id quod semper est & semper non est locum obtinet. atque hãc pariter poſſ quoq; pprie dicto cõgruere. Deinde si solũ pprie cõtingẽs capiamus, ipm qdem uidelicet nõ fore cõsequẽs necessario: sed ex eo, nõ cõtingẽs esse, cõsecuturũ: nõ q̃li subsistẽtiam rei funditus tollat: sed cõtingentẽ solũ subsistẽdi modũ q̃ pacto & q̃d ↄtingẽs ẽ, id nõ necessariũ eẽ existimamus. significatuq; hoc tñ cõtingentis recte affirmauit Aristo. ex hoc, cõtingens eẽ illud seq nõ necesse nõ eẽ. Qm̃. n. distat uniuerso sui signãtu cõtingens ab impoſſ eẽ uero ĩpoſſe idẽ illi, necesse non Q eẽ, idicat, usu ueniet ut hoc, cõtingẽs eẽ, ab illo necesse nõ eẽ dissentiat: illi cõsonet, nõ necesse nõ eẽ. sic uero & ex hoc, nõ necesse eẽ, cõuenientius conseq illud dicemus nõ cõtingens non eẽ. Verũ si supponamus a poſſ & cõtingente id solũ significari q̃d his pprie uocaẽ nominibus, finiuitq; ipse in Resolutorijs cũ dixit, Cõtingens aũt id oĩno q̃ cũ necessariũ minime sit esse posito. nõ qdq; accidit impoſſe, quas pone iũctas ijs eẽ impoſſis necessarijq; ppositiones putabimus? Itaq; q̃d ad cõsequentiã illã attinet q̃ ab his poſſe eẽ, & ↄtingẽs eẽ, deduciẽ, recte sese hẽ inq̃ uidebiẽ initio descripta ppositionũ tabella. Nã pprie possibile atq; cõtigẽs neq; eẽ ĩpoſſe, neq; necesse ẽ eẽ. uerũ sicurãdũ ẽ ut oẽs ↄgestę i ordinẽ ppositiões mutuo ↄsentiãt, haud ẽt hęc nõ necesse eẽ, põt illi, nõ ĩpoſſe eẽ, subiugari. ppterea qm̃ hoc non impoſſe cum unum tollat impossibie, in duobus ab ipso reliquis tum contingente tum necessario uerum explicat. non

A necessarium autem uno abolendo necessario, uerum in cæteris duobus profatur, contingente atque impossibili. Hæc igitur, non impossibile inquam ac non necessarium, cum inferendo communicent contingente, habeant uero & quiddam inter se contrarij, quatenus ab horum altero necessarium, impossibile ab altero inuehitur, conuenire inter se nequeunt. At hoc/non necesse non esse/illi/non impossibile esse/uniuersum consentit: siquidem eorum quoque affirmationes/impossibile esse/&/necesse non esse/idem inter se ualent. Quod si quis hac difficultate urgeat, quam ob causam igitur non hanc/non necesse esse in primæ tabellæ descriptione sub hac/possibile esse/constitutam reliquit, illam uero/non impossibile esse/alio transtulit: eiúsque loco illam/non impossibile non esse/. quæ consonare huic potest/non necesse esse/reposuit? Primum hęc (dicimus)/non impossibile esse/prior quam illa/non necesse esse/in tabellæ collocata dispositione fuerat: ridiculumq; erat, cum accidere idem debuisset, non posterioris cum prioribus

B consonantiam curare: sed quonam modo prius posteriori uideri posset consentaneum. Dein quoniam hæc/possibile esse/& contingens esse/tum res inesse de quibus appellantur, tum hoc pacto inesse pronunciant. itaque has ob res illa/impossibile esse/&/necesse esse/ab his, alio tamen, alióque intellectu discrepabunt. nempe hoc/impossibile esse/quasi rei subsistentiam destruat: illud uero/necesse esse/non ita, sed uelut solo existendi modo à possibili & contingente euariet. Ergo ex ijs hæc magis impossibile esse/quam illa/necesse eẽ/expungetur: quamobrem magis quoque hæc ipsis/non impossibile esse/iuncta erit. quam illa/non necesse esse/. Itaq; iure hac/non impossibile esse/relicta Aristoteles uelut ipsis cõsequente, solam illam/non necesse esse/alio loco transposuit.

VII Ideoque necessarium & non necessarium esse uel non esse, omnium fortassis principium est. inspiciendaque alia sunt uelut his consequen-

C tia. Itaque ex ijs constat quæ pronunciauimus, quod ex necessitate est, actu id esse. quapropter si priora sunt sempiterna. prior quoque facultate est actus. Ac sunt quidem actus alia sine potestate: ut primæ substantiæ, nonnulla cum potestate: quæ priora natura, posteriora sunt tempore. quædam uero nec actus unquam sunt, sed facultates tantummodo.

Exquisitiore hic consequentia contemplationèque necessarij propositiones censet in tabella descripta cęterorum modorum propositionibus anteire, comitesq; his esse illas: non eo solum quod communius esse possibile affirmabatur necessario, de earumq; differentem consequentia subijcere ante oportebat, ac uelut antecedens quod peculiarius est sumere, quonam autem pacto sequi ex hoc communius posset, non contra: sed

D etiam quoniam necessarium sempiternus diuinisq; competit rebus. possibile autem quod à necessario differt atque contingens à materia expullulant. in hac siquidem propterq; hanc ea constat facultas quę in aptitudine spectatur: ceu potestate omnia, nihil actu obtinentem. impossibile uero uel extra ea quæ sunt plane excidit. neq; enim impossibile esse diceretur si quo quo modo in ea quæ sunt haberet accessum uel in materia, uel quæ hac obscurior est, priuatione. quippe priuatio est ad generationem necessaria: quandoquidem ex illa eorum quæ fiũt in ipsum esse mutatio emanat. at impossibile mutari in possibile nunquam potest. Quocirca ex hac opus erit/necesse esse/quæ æternam subsistentiam notat, eæ sequantur aliorum modorum quæ ipsum/non esse/uti descriptum est, tollunt, nimirum hæ/non possibile non esse, non contingens non esse, impossibile non esse/. ex hac uero/necesse non esse//illæ/nõ possibile esse, non contingens esse: impossibile esse/. ex his autem manifesta est & oppositarum ipsis consequentia.

EXQVISITISSIMA CONSEQVENTIA MODVM PROFErentium Propositionum. E

Necesse esse.	Non necesse esse.
Non possibile non esse.	Possibile non esse.
Non contingens non esse.	Contingens non esse.
Impossibile non esse.	Non impossibile non esse.

Necesse non esse.	Non necesse non esse.
Non possibile esse.	Possibile esse.
Non contingens esse.	Contingens esse.
Impossibile esse.	Non impossibile esse.

Ab his uero deinceps ostendere cum uelit naturalem se di- F gestionem rerum persequendo necessarij propositiones antecedere alijs censere, exponere rerum instituit ordines quo modo propositæ conuenit contemplationi. Ante hoc autem uelut sumptiunculam quandam ascisciẽ, priorem actum facultate aptitudinem referente natura esse. probatq; hoc, quoddam uelut corollarium Geometrarum more ex antedictis colligens ad hoc asserendum utile, nempe in eo solo quod actu est necessarium spectari. idque non iniuria. Nam cum possibile de ambobus, uti proditum est, aptitudine actuq; prædicetur, alterum ex significatis quod de actu fertur, solum posse uisum est necessario consonare. quamobrem proprie quoque necessarium, quale est id quod non modo est, modo non est, sed eadem perpetuo ratione se habet, in ijs quæ semper actu sunt solis dicetur. Ergo si proprie necessarium rebus conuenit sempiternis, proprie autem possibile, quod constat aptitudine, solis competit generationem interitumq; agnoscentibus, erit, ut sempiterna ad generationem corruptionémque G subeũtia, sic actus ad potestatem. at natura sempiterna sunt ijs quæ gignutur priora. natura igitur actus quoque potestate prior est. His ratione hunc in modum collectis, philosophice deinceps admodum atque acrius contemplando de ordinata decentique rerum progressione ac declinatione decernit ijs consentanea quæ ratiocinando comprobauit, nempe prima omnium summáque plane entia, qualia sunt intelligibilia diuináque, sincerum esse actum, uerùm non actum talem esse dictum iri. hoc nãque entibus ijsce conueniet quæ ipsum esse acceptum materiæ referunt: eaque de re tum composita sunt, tum aptitudinis potestate impertiuntur, quatenus forma uel semper uel quandoque cõmunicari ijs potest. quãdoquidem semper quoque actu forma est: potestate materia: actu uero quod ex utraque constat, quasi forma, seu, quod idem dictu est, actu impertitum. At in illis, uelut à materia tũ substantia tum recta minimeq; de ipsis peruersa notione prorsus exemptis: nullus aptitudini locus relinquetur. ideo neque mutationi cuiquam, neq; tempori, neque formæ uel aliquate- H nus uel in perpetuum uendicandæ, quapropter nec talis actus sunt, nec dicuntur. Porro formas ipsas à materia separabiles actuum sincerorum nomine appellamus: cum actum, quo modo in compositis, nequaquam secernamus à substantia: sed eas in hoc substãtiatas dicamus. Proinde ueros deos actus esse substantia in duodecimo Metaphysices uolumine affirmat. Etenim in mutationi accommodatis in quibus hoc quod est potestate & habitu & actu esse spectatur, potestatem ad habitum, habitum ad actum, ut ad peculiarem finem, properantem cernimus. neque enim si actus ipsius expers maneat, quidquam emolumenti præstabit. Has ob res uero Sapiens Agrigentinus cum Poetas fabulosa de dijs ut humana specie præditus fingentes increparet, de Apolline in primis, de quo proxime uerba fecerat, eodemq; modo de omni numine absolute disserendo subiunxit,

I Humanum neq; enim caput est in membra redactum.
Non equidem gemina erumpunt ramalia dorso.
Non pes, non agile estq; genu, non hirta pudenda.
Verum sacra atq; immensa is tantummodo Mens est,
Curis exagitans totum perniciibus orbem.

Atquæ per uerbum/sacra/causam quoque latenter innuit mente excelsiorem: Quãquã nec fabularum auctores ijs qui illas audirent, tradere occasiones neglexerunt, quibus ei quod dici uidetur fidem non essent habituri: nisi autem stolide sint affecto animo, uerum quæsituri sensum essent, quia quouis fabularum figmento clanculum ac tanquam ænigmate indicatur. Nam quonam pacto humanam speciem referant quæ ex Cœlo & Terra, siue ijs quæ sunt in propatulo, siue ut uere traditur atque hos transcendentibus abditis causis dicuntur genita? quis uero Cœli pudenda ut uerba sonant excisionesq; illorum capere sustinebit? atque ex ipsis in mare proiectis natam Venerem? deuorationes quoque, ac rursus
K uomitus liberorum? & quæcunque fingunt simplicioribus opitulantes fabulæ præte ita ferentia? quo modo autem in dijs concubitus dicimus? nõne similes illi intelligemus quem Cœli & Terræ fuisse fabulantur? Sed redeamus unde in hæc sumus egressi, miseratione nimirum commoti in adolescentulos qui fabulas ipsas historiam esse autumant: neque intelligunt Sunt

igitur huiusmodi simplices formæ atque intelligibiles. Quæ uero compositæ, atquæ ab illis progressum sortitæ, materiæ fiunt participes quæ formæ uel perpetuo retinendæ idonea sit, ut cœlestia, si in ijs quoque materiæ nomen cõmunius oportet appellare, uel ipsam per uices suscipere atque amittere, uelut quæ Lunæ subiacent, has actu, uerum non actus esse affirmabimus. Atque in quibus ipsum/potestate esse/tempore ab eo quod est/esse actu/distinguitur, in ijs tẽpore prius erit/potestate esse: actu esse/prius natura. prius nãque ad hoc apte sese quidquam habeat oportet quo etiam ad illud postea queat deduci ad quod sese commode habuit. Verum quoniam perfe-
L ctum id est quod actu constat, imperfectum quod facultate habetur, prius autem natura perfectum est imperfecto, (nãque à superioribus secundum naturam ad inferiora procedit decenti ordine successiua rerum generatio.) perspicuum est tore, ut quod actu censetur, ei quod potestate consistit natura antecedat. nisi enim prius homo actu extiterit, quo modo procreari queat embryum, quem dicimus hominem esse potestate? Multum uero latitudinis, seu magis profunditatis facultate & actu sese habentis complexus obtinebit: cum ab actu in aliquibus ualenter adeo possideatur facultas ut per solam rationem cogitationemq; ab eo diuellat: uelut in cœlestiũ habetur substantia. neque enim fuit aliquando Sol potestate: deinde actu euasit: si fieri nequit ut, cum Deus sit, ordinem in rebus uniuersis præcedat temeritas: indecensq; rerum digestio decentem: conditorq; uniuersi nonnunquam facultate & imperfectus opifex, alias actu perfectusque sit: demũmque præelectionis atque ex hac prouenientis ab eo quod primum nolit in id quod postea fabricari mundum uelit mutationis, ac temporis consors Deus ille sit qui uniuersam in ordine mutationem quæ perpetuo fit, ipsamq; essentiam mutabilium, atque esse ipsum temporis in rerum naturam producit. In quibusdam ipsa tempore quidem seiungatur, ita tamen, ut sequentem ex necessitate actum habeat: quemadmodum in circulari ipsorum motu deprehenditur. erat enim Sol prius potestate uerbi causa in Ariete: post actu in ipso est. sed non potest non esse, pro- O
pter continuitatem inquietudinemq; circularis motionis. Sunt tamen nonnulla in quibus etiam discerni ab actu tempore queat facultas: quæq; nõ omnino apperantem ipsam habeant: uelut in ijs quæ sub generationem cadunt. Haud enim embryum ipsum quoniam facultate homo est, iam necesse est quoque ut usque ad absolutum tempus utero gestatum homo actu fiat. declarant id fœtus qui abortu eliduntur. Extremum obtinent ordinem in rerum natura quæ sola facultate consistunt: neque ad actum perduci unquam possunt: ut in infinitũ sectio continuorum, & auctio numeri. nunquam enim ex ijs quidquam actu fiet infinitum. nec tamen deficit in ipsis uel diuidendi progressus, uel augendi: habentq; ad hoc aptitudinem duntaxat. Rerum igitur decoro ordine constitutam degenerationem cerne: Aliæ sinceri sunt actus ab omni mutatione motũque inde prouenientе absolutæ. Aliæ cum semper mo- P
ueantur, actum habent quatenus sunt, facultati coniunctum. quod uero ad delationem pertinet, tempore quidem ab illa discretum: eius tamen necessario comitẽ. Nonnulla cum quodam obtineant tempore, ut & sint, & motu agitentur, facultatem habent ad utrunque, quæ, uelut prodidimus, antegreditur actui: neque eius compos plane est. Aliqua postremo cum in sola consistant facultate, deduci in actũ ex sui nequeunt natura.

A

THEOREMA

THEOREMA DE VI OPPOSITARVM PROPOSITIONVM.

I
B

VTrum autẽ affirmatio negationi, an affirmatio est affirmationi contraria, oratioq; orationi q̃ oẽm iustũ esse pronũciat hominem, nullum hominem iustum perhibenti: an quæ omnem hominem iustum inquit omnem hominem iniustum asserenti? verbi gratia utra ex hisce contraria est, Callias iustus est: non est iustus Callias: est Callias iniustus? Nam si quæ uoce explicantur, ijs quæ mente volutamus consequentia sunt, contrarij uero in illis contraria est opinio, vt quæ omnem iustum esse hominem putat, omnem hominem iniustum esse censenti, necesse est in ijs quoque affirmationibus quæ voce proferuntur res sese perinde habeat. Quod si illic contrarij minus
C opinio contraria est, neque affirmatio affirmationi contraria, sed prodita erit negatio. Quadere considerandum est qualisnam falsa opinio veræ contraria sit opinioni, vtrum illa negationis, an quę contrarium esse opinatur: id autem ita intelligo, vera de bono est opinio quædam bonum id esse: alia falsa nõ esse bonum: alia vero esse malum: vtra veræ cõtraria sit harum. atq; si vna sint, contrariam esse ad vtram pertineat.

D

ABSOLVTA est quatuor libri capitum illorum præceptio quæ inter initia enumeraiuimus: commentatioq; de Interpretatione finem ut mihi uidetur quem debuerat recepit. Nam quæ sequuntur aut legitima non esse Aristotelis suspicor, sed ab aliquo qui eo fuerit posterior addita: cum illud animaduertam contraria sentire in libris suis omnibus uideri Philosophum ijs quæ hoc loco disseruntur aut ab eo quidem fuisse conscripta, uerum ut qui lectorem modo exercere ad rationes eas dijudicandas quæ probabiliter quidem, non tamen uere dicerentur uoluerit: perindéque faciat atque is qui non facile confutandas rationes tradidit quæ abolere morum uidentur. id quod uel in Prædicamentis, cum de ad aliquid sese habentibus ageret, noiuimus fecisse: ubi non simul omnino natura esse quæ sunt ad aliquid asserere contendebat: sed sensibile prius sensu esse: & scientia scibile. cum tamen in secundo naturalis Auscultationis Theorema de coniuncta Relatiuorum subsistentia dilucide, subtiliter, breuíque simul oratione explicuerit. nobísque illorum soluendorum ansas præbuerit quæ in Prædicamentis prodidisset. quæ causa Porphyrio quoque fuit opinor Philosopho ut huiusce theorematis expositionem recusarit. Quod si uel nobis gerendus est mos consuetudini, dignaq; hæc, uelut elaborata Aristoteli, sunt habenda quibus nonnihil curæ impendamus, institutum illi esse dicendũ est theorema quoddam inspicere eius operis quod in manibus est proposito consentaneum. Nam cum uera sit quædam affirmatio, ut/iustus est Socrates/duæq; huic falsæ refragentur propositiones, tum ipsius negatio / Socrates iustus non est/, tum quæ illi contra- F
rium quod ab initio prædicatum est de eodem affirmat subiecto, ut quæ/Socrates iniustus est/inquit, utra ex falsis dicenda sit inquirit fortius ueræ repugnare: utrum negatio ne an affirmatio contrarij. Atque acerbiorem negationis aduersus affirmationem esse quam affirmationis contrarij pugnam iudicat. Eodem pacto uel si falsa principalis affirmatio sit, quæ huic reluctantur uerum decernant. Ideo factum quoque est ut utrunque ipse, perinde quasi nihil referat, in problemate posuerit, modóque qualis uera opinio falsæ opinioni aduersetur, modo utra ex falsis ueræ contraria sit. Idem de oppositione pronunciat uniuersalium quoque propositionum, quas cõtrarias appellauimus. Proinde & necessario propositum uidetur theorema suscitare: cum doceat non temere contrarias nos illas uocandas censuisse. Ac nunc quidem oppositionum duntaxat earum quas commemorauimus mentionem fecit. ad finem autem uniuersalium quoque oppositionis ad particulares meminit. ut propositum sit in demonstrationem, inficiatio- G
nis pugnam cum affirmatione, tum contrariæ, in quibus contraria esse negatio potest affirmationi, tum in omnibus eius quæ illi contradicit, maiore disidio laborare, si cæteris contrariarum affirmationum differentijs conferatur. Iure autem neque impræfinitas hoc loco, neque subcontrarias ab eo fuisse acceptas, suo loco deinceps ostendemus. Hæc igitur de ijs ipse hunc in modum statuit: fortasse eo respiciens quod inficiationem absolute in omnibus & quæ sunt & quæ non sunt capere, affirmationiq; opponere nobis liceat: non tamen in omnibus etiam contrarij sit affirmatio. Nam cum quod initio prædicatum est à contrario nullo oppugnatur, siue substantia sit id, siue quantum, siue ab alijs prædicamentis emanet quæ non accipiant contrarietatem, siue contrariorum etiam quorũdam medium sit tunc ut affirmationẽ inuenias contrarij fieri nequaquam posse compertum est. cum & oppositioni quæ necessaria ad propositionum commentationem uisa est, contradictoriæ inquam, dignitatem ante cæteras omnes comparare alioqui uelit. At Syrianus ille magnus optime subtilissimeq; H
de hac quæstione arbitratus est. euidenterq; admodum ostendit quo naturæ pacto res sese habeant, mutuique discriminis. atque animi nostri communes conceptus ac sponte innatos consentientes ijs esse affirmat quæ uoce proferimus. & ipsum per se quodlibet argumentum in quæstionem uocat: doceteq; articulate quid recte in ipsis, quid probabiliter, non tamen exquisite tradatur: postremoq; omnium plane diuinum Platonem testem adducit, qui negationem inquit in Sophista diuersum quidem aliquid significare ab affirmatione: non tamẽ illi contrarium: propterea quoniam cõtrarium unum est uni. neque enim iniustam naturam esse, ut uni, plures hostes comparet. à magni uero negatione, id quod traditur in Sophista, qua non magnum dicimus, nihilo magis paruũ quàm æqua-

I le indicari. Quamobrem in sexto quoque de Rep. curam cen-
set maiorem robustioribus naturis quàm exilioribus, quo mi-
nus corrumpantur, deberi. causamq; huiusce affert rei. Magis
enim contrarium malum bono quàm non bono est inquit, id
est reliquo eorum quæ à mali negatione significantur: quãuis
hoc tanquam euidens omissum: ipsumq;/non bonum/sit pro
neque malo neque bono acceptum. Et uero perfectiori ipsius
Aristotelis traditioni parere nos iubet: qui in decimo Theolo-
gicæ tractationis distantiam affirmat contrarij plurimam esse
à contrario: uerum non negationis ad affirmationem: cum ait,
Quandoquidem uero plus ac minus differre inter se illa con-
tingit quæ differunt, est & differentia quædam maxima. uo-
catq; hanc contrarietatem: & quæ ab his deinceps addit: non
lo gica magis ut hoc loco probatione utens: quo mentem, uti
dictum est, nostram exerceat: sed in ipsis quę sunt asserens re-
bus cæterarum maximam esse contrariorum differentiam.
proinde perfectam esse eam, nihilq; habere quod cadere extra
ipsius ambitum queat. Sic in prædicamentis quoque/non iu-
stum/&/non iniustum/iusti esse atque iusti quę contraria sunt,
K spatioq; inter se distant plurimo, medium dixit: id quod, cæte-
ris quoque contrarijs subesse omnibus prodidit: si editam in
Prædicamentorum tractatu definitionem illorum attẽdamus.
In commentationibus item omnibus naturalibus contraria
fieri ex contrarijs censet: ut quæ mutuo plurimum distent: ac
finita certaq; sint. Quod si ex ijs quæ in medio sunt fiant non-
nunquam, quæq; simpliciter ab eius quod fit negatione, par-
tim uero ab huic contrarij affirmatione declarantur, ut album
ex fusco, quod simpliciter nõ album, partim autem est nigrũ,
ea fieri ex illis dicit, non quoad illæ simpliciter ab eius quod
fit negatione indicentur: sed quatenus contrario quadamte-
nus impertiantur: perinde quasi inficiatio non perfectam om-
nino ab affirmatione differentiam comprehendat. Proinde
minime ab ijs dissentiens quæ prodidit Plato in Sophista, con
trarium id quod est, ei quod non est pronunciat non esse, ubi
de contrarijs motibus mutationibusq; in quinto decernit. Na-
turalis Auscultationis. Consonum his quoque procemium est
L operis Topici, in quo Subcontraria nominantur illa quæ in-
uicem opposita contradictorie sunt. quasi non perfectam in-
ter se cõtrarietatem obtineãt. Satis igitur ijs est qui possunt iu-
dicandæ horum ueritati incumbere, si ea legant quæ à diuino
illo uiro in hæc sunt conscripta. Verum quoniam cum solam
scribere de his perpẽsionem statuerit, nequaquam in ipsorum
uerborum declaratione uersatur, quo gregarius quoque ex-
pleatur auditor tentauimus nos huiusce etiam theorematis,
qua forma superiora quoque exegimus, explanationem mo-
liri. in discussionibus uero cum nihil excogitare præter ea quæ
contemplatus ipse est nobis liceat, nõ recusabimus uel ad uer-
bum ea scribere aliquando quæ uir ille memoriæ prodidit.
Primum itaque ipso per se problemate inspectando, tametsi
nonnulla sit in non albo aduersus album contrarietas, hanc ta
men à nigro dicemus, non per accidens, ut ab amaro uel cali-
do, sed pro ipsa oppositionis natura contineri. quippe ama-
rum nihilo magis albi quãm calidi uel alterius cuiusuis gene-
M re diuersi sublationem indicat. nigrum per se potissimumque
solum oppugnans album, definite uidelicet ac per se unius al-
bi interlitionem notat. haud uero ipsum prorsus etiam non al-
bum controuersiam illam obtinet quam nigrum aduersus al-
bum suscepit. est enim non album/principium quo ab albo
discedatur: ut in decimo disputatum est Metaphysices. Pro-
cedens uero atque in totum perueniens, finemq; iam obtinẽs,
fit nigrum. ac partim id quod est aufert duntaxat: partim ad
hoc cõtrarium etiam ponit. Nam si uel in simplicibus uocibus
non album contrariũ esse quis albo dixerit, primũ eodẽ priua-
tionem ac cõtrarietatẽ aget. Deinde non unũ etiã uni cõtrariũ
dicet: siquidem quod est non album, id & fuscum, & luteum,
& flauũ, atq; nigrum est. Tertio loco oppositum erit indefini-
tum incertumq; finito ac certo. dicitur enim de omni uel albũ
uel non album. quapropter contrariæ substantiæ erunt albo: N
quantitatesque/ac cætera genera. Sed quæ proprie contraria
uocantur aut species ambo sint oportet: facultatemq; utrunq;
& actum habeat: alterumq; par uiribus alteri sit. ut & confli-
gere inter se ualeant: neque una species ab altera corrumpa-
tur, perfectionemq; labefactet uniuersi: ut in albo res sese ha-
bet ac nigro: calidoq; ac frigido: reliquisq; similibus. Aut ex-
tremus ab altero delapsus alterum sit, ac finito significetur no-
mine: siue priuatiue, quemadmodum in iniustitia atque amen
tia, dicatur: siue non etiam, ut in timiditate: aptumq; sit ex sui
natura in illud reuerti: ut in modestia & petulantia: uirtutéque
omni & uitio: demum bono ac malo. malum nãque non for-
ma finisque est ueluti bonum: dicitur tamen ipsum quoque
uelut extremus à bono elapsus: ac tunc finito significatum no-
mine contrarium esse, cum natura idoneum est in speciem ac
bonum referri. Cum autem eiusdem in subiecto formæ præ-
sentiam absentiamq; absolute contemplamur, aliam quan-
dam facimus nec contrariorum oppositionem. Vbi enim pri- O
uationem habet absentia uel eius ipsius potestatis qua formæ
iteratur aduentus, fit priuatio illa de qua præceptum est in
Prædicamentis. Sin solius actus absentia sit, fit ea priuatio quæ
ex sui natura remeare in speciem potest: quam/hac de causa,
licet infinito declaretur nomine, formę contrariam in Natura-
li auscultatione appellandam censuit. Hæc igitur uelut in di-
gressu transegimus: nimirum cum apud ueteres compertas
contrariorum oppositorumq; per priuationem & habitum si-
gnificationes diuersas, deq; boni & mali oppositione tradere
articulate uoluerimus: quæ multis negotium exhibere consue-
uerunt. Quod si ita res sese in simplicibus habet uocibus, pa-
tet in enunciatiuis quoque orationibus quæ contrarium affir-
mat contrarium affirmanti maxime repugnare. Societas nã-
que disidiumq; propositionum ex complentium ipsas uocum
simplicium facultate spectatur. Enimuero non ita solum à no
bis existimari, sed per animi quoque conceptiones ex sese in-
genitas neq; à doctore traditas humanam uitam seruari, hinc
erit conspicuum, Expetendum omnibus bonum est: fugien- P
dum omnibus malum, quis ergo nisi uicino uti liceat bono,
duobus ipsi propositis in usum sumendis, non bono, consen-
sure omniũ malo, prę eo qui non iuuet illum eligat, qui læ dere
conetur? Nam si idem simul non bonus malusq; sit fugiendus
magis erit. non quoniam sit inutilis: uerum quatenus præter
id etiam noxius. eadem & in non iusto ratio est atque iniusto,
cæterisque similibus. Itaque cum aperta ex hisce rerum natu-
ra enunciatiuarumq; orationum facultas de quibus agitur sue
rit, consideremus deinceps quæ de illis proposita argumenta-
tione asseruntur. Is igitur qui uerborum omnium seu theore-
matis est auctor, quæstionem in ijs tractat propositionibus
quæ pronunciatiuæ sunt orationis: duasq; affirmationes capit,
uniuersalem alteram uniuersaliter, alteram singularem. oppo-
nitque singulari tum ueram eius negationem, tum affirmatio-
nem contrarij. uniuersali autem ut negationem non illam quę
ei contradicit, sed q̃ ut contraria repugnat, hoc est uẽm nega-
tionẽ oppositam statuit: & præter hanc, uniuersalem contra- Q
riam affirmationem. instituitq; utrum negationes eæ sint quæ
magis aduersentur affirmationibus, an contrariorum affirma-
tiones inuenire. Cautéque admodum quæstionem ad suum
reuocat propositæ rei principium, internas inquam uocatas
orationes, opinionesq; de rebus animo insitas: quibus foras
fluentes orationes proferimus: uultq; quo mõ oppositiones
quas diximus propositionũ in opinionibus uisæ fuerint, sic in
uocalibus quoque sese habere enunciationibus. hoc ergo re-
cte ab ipso excogitatum est sciteq; proditũ. Quod si uniuersa-
les propositiones eas quas uocant contrarias, proprie contra-
riorum similitudine, hoc nomine, ceu simul quandoque men-
tientes appellamus, patet pugnam mutuamq; illarum contro
uersiam leuiorem ea pugna ducendam esse qua dicta preser-
tim potissimumq; contraria conflictãtur. hæ uero utique sue-
rint

A rint quæ audent cõtratria de eodem affirmare. Sed hoc uel exa
minãdis particulatim argumentis exactius considerabimus:
& præterea quonã pacto contradictionis oppositio sese ad cõ
trariarum affirmationum oppositionem habeat: quæ nobis
in præsentia sunt in contemplationem proposita. Quod au-
tem ad uerba attinet, illud, { Nam si quæ uoce explicantur. }
pro/si ergo/dictũ est. neq; enim causam alicuius reddit quod
supradixerit, ut ob id locum habeat causalis coniunctio: sed ra
tionem ac uiam docet qua confligentes maxime propositio-
nes à causis ipsis, pficiscendo æstimemus. Quod autem ad finẽ
proditum est dictionis. { Atque si una sint, cõtrariam esse ad
utram pertineat, } talem habet sensum, opinio est de aliquo
bono uelut modestia, quæ hoc ipsum dicit, nempe eẽ bonum:
altera quæ bonum asserit non esse: tertia quæ malum esse ait.
Vsu igitur uenire inquit, ut et negatio quę modestiam bonum
inquit non esse, & affirmatio contrarij quæ modestiam esse
malum putat, alias dissentiant inuicem, alias uero concurrant.
B Quandoquidem enim alia medio prædita contraria sunt, alia
carent, si ex interceptorum medio contrariorum ea numero
sunt quæ prædicantur, affirmatio contrarij consequens non
erit negationi. neque enim quod non est album, id ut nigrum
sit necesse iam est. sin ex ijs constant quæ uacant medio, idem
significant tum negatio, tum affirmatio contrarij, cum de ali-
quo pronunciant quod capax esse ex sui natura contrarietatis
queat. Nam quo modo quod est impar, id non par protinus
est, sic quod est non par, ut impar sit est necesse. In quibus igi-
tur negatio contrarijque affirmatio concurrunt, non etiam fie-
ri potest ut utra ex ijs ceu diuersis quæramus primæ magis.
affirmationi aduersetur: una siquidem ambæ quodam pacto
sunt facultate. Vult autem scrutari: qua in re hæc quę faculta-
te una est, cum initio posita affirmatiõe magis dimicet: utrum
quatenus id neget quod inest, an quod non inest affirmet. re-
fragantur exempli causa propositioni ternarium esse parem
dicenti, tum quæ ternarium parem inquit non esse, tum quæ
C imparem esse confitetur: cum idem significent ambæ. Itaque
non par hoc atque impar qua in re magis pari reluctetur, utrũ
quatens unon par an impar sit, exquirit.

II **Contrarias igitur eo definitas esse opiniones putare, quoniam sunt cõtrariorum, mendacium est. Quæ enim bonum esse bonum, & malum eẽ malum arbitratur, eadem fortasse veraq; est: siue plures sint, siue vna. At hæc sunt cõtraria: verum non eo quod sint contrariorum: sed magis quod contrario sese habeant modo:**

Conceptum ipsum mentis unde promouentur ij qui in opi
nionibus quæ de contrarijs habentur pugnam dicunt propo-
tionum spectari uehementissimam, criminari uult primum
D sermo is qui aduersus hoc uelut aduersarius litigator sese oppo
nere conatur: atq; non sanum inquit contrariarũ opinionũ iu-
diciũ hoc esse quod est de contrarijs rebus pronunciare. Pro-
inde illam quæ modestiam bonum, & quæ petulantiam ma-
lum esse opinatur, de contrarijs quidem tum subiectis, tum p̃-
dicatis decernere non mutuo tamen esse contrarias: propterea
quoniam hæ simul ueræ sunt: contrariæ autem nunquam si-
mul uerum commonstrant. omnino nãque ut simul contra-
ria sint fieri nequit. sed magis æstimare contrarias opiniones
oportere quatenus de rebus ijsdem contrario modo enuncian
tur: quo pacto sese habent affirmatio negatioque: ut sequenti-
bus asserere tentabit argumẽtis. Illud porro { Siue plures sint
siue una, } de ijsce ꝓditum est quæ bonum, bonum dicunt, &
malum esse malum: quoniam plures quidem sunt: ut quę tum
subiectis, tum p̃dicatis utũtur diuersis: cęterum una uideri etiã
possunt: non in eo solum quod uerum simul fateantur: sed etiã
quod ab uno sensu promantur animiq; affectu. Aduersus hæc
uero dicendum est, qui contrariarum pugnam affirmationum E
contradictoriæ præstare arbitrantur, non eas opiniones quæ
de contrarijs simpliciter rebus statuũt contrarias esse affirma-
turos. haud enim sane eas dicent quæ contraria de contrarijs,
sed quæ contraria de eodem existimant. hę nãque eæ sunt quę
re uera contrario modo opinantur.

Itaq; si boni opinio est bonum id esse, alia nõ III
bonum, est vero aliud quid quod non inest, nec
potest inesse, nulla ex alijs ponenda, nec quæ in-
esse quod non inest opinãtur, nec quæ quod in-
est non inesse. infinitæ enim vtræq; sunt, tum quæ
inesse quod non inest, tum quæ quod inest non
inesse arbitrantur. verum eæ inquibus deceptio
est. at hæ sunt illæ ex quibus generationes ema-
nant. emanant autem ex oppositis generationes. F
quamobrem deceptiones quoque.

Secundum hoc argumentum ad propositum nobis proble
ma traditur, quod contradictionem deinceps affirmationum
contrariarum oppositioni comparat. deducituq; hunc in mo-
dum. Quandoquidem uolumus quæ ex falsis opinionibus ma
xime contraria ueręsit inuenire, postulato utẽs manifesto, unũ
esse uni contrarium, colligit ratiocinando negationem maxi-
me esse affirmationi infensam. Quoniam enim infinitæ inquit
sunt quę cum illa depugnant falsæ affirmationes negationesq;
censentq; alteræ inesse ea quæ non insunt, alteræ quæ insunt
non inesse, aduersus eam uerbi causa affirmationem quæ bo-
num quod bonum est putat, præliantur affirmationes eæ quæ
bonum fugiendum, bonum esse malum, bonum noxium esse
arbitrantur. negationes uero illæ quæ bonum non eligendum
existimant, bonũ nõ utile, bonum non amãdum, neque aliam G
magis alia dicemus falsitatis teneri, harum nullam oportet illi
contrariam esse dicere quæ bonum id esse quod bonum est
opinatur. ambæ siquidem hæ infinitæ incomprehensibilesq;
sunt. unum autem uni, & finitum finito contrarium est. Qua-
nam igitur utentes regula unam illam ac definite pugnantem
inueniemus? nimirum deceptionis inquit principio ac uelut ra
dice. hoc enim unum ex cõfesso est: ac finitum. Fallimur enim
cum id quod bonum est, & noxium uel malum: & non utile
uel non exoptabile autumamus. sed unum horum omnium
principium id est, quod ipsum non esse bonum putetur. Porro
cum principium hoc deceptionis quodnam sit ostendere no-
bis uelit, esse id dixit ex quo emanat generatio. generationem
uero constare ex oppositis, hoc est ex proprijs eorum quæ fiũt
priuationibus negationibusq;. album nãque ex non albo fit al
bum: & homo ex non homine: similíque modo in ijs absolu-
te quæ fiunt omnibus. quocirca fraus quoque in his est inquit:
finitáque contrarietas: præcipuáque hanc ob rem pugna. Ad
hæc igitur dicendum est, unum quidem unius omnium con- H
sensu hostem esse oportere: minime tamen conuenire ut quæ
quod bonum est id malum esse suspicatur, uelut una ponatur
ex multis, & quæ non suppetunt bono, ea illi inesse pronunciã
tibus. Nam quemadmodum inter negationes quæ non inesse
illi ea quæ insunt affirmant, una erat quæ definite cum illa cer-
tabat, nempe ea quæ quod est bonum id non bonum esse, sic
inter infinitas affirmationes quæ ipsi non suppetentia dicunt
suppetere, una est finita quæ aduersus eam prælium commi-
scet, ac quod bonum est, id malum esse attestatur. Atq; infini-
ta quidem esse hæc & incomprehensibilia quæ negatione si-
gnificantur. eoque fieri ut in omnibus & quę sunt & quę non
sunt uerum cum affirmatione falsumq; diuidant. unum autem
planéque finitum ab affirmatione indicari. Tum hæc igitur
sunt hoc pacto asserenda: tum etiam principium re uera falla-
cię esse errorem illũ qui in contradictiõe euenit, hoc ipsum ue-

I ro certissimum esse argumentum, inter ea quæ per contradi-
ctionem sunt opposita, spatij plurimum non intercedere. neq;
enim decipi in ijs contigisset, quandoquidem in similibus atq;
ijs quæ natura proxima inter se sunt nos magis decipi comper
tum est quàm in ijs quæ magno interuallo seiunguntur. palũ-
bem quis exempli causa conspicatus, columbam magis quàm
coruum crediderit. lupumq; si cõspexerit, canem magis quàm
leonem esse existimarit. Quapropter imponere Iudicibus ag-
gredi Oratores inquit in Phædro Socrates: imponendíque ag
gressum non ab ijs quæ multum distent, uerum à similibus
moliri. Quippe artis peritiores accusando uirtutes ad proxima
transferunt uitia: uocantq; si quis cautus est, non audacem, sed
timidum, & frugi hominem auarum, non prodigum. defendẽ-
do, uitia ad proximas agunt uirtutes: nepotemq;, liberalem: &
audacem, fortem appellant. Ad hæc quoque recte proditum
affirmabimus generationes omnes absolute uniuersaliterque
ex priuationibus fieri, quas ipsæ negationes declarant. cum ta-
men id quod fit, contrarium habet, tunc, ut in Naturalibus cõ-
mentationibus didicimus, id quod fit, ex contrario potissimum
X fieri. ex negatione non potissimum; sed quatenus negatio tum
contrarium significat, tum quod interuenit medium. media au
tem ex contrarijs proficiscuntur. Album nãq; ex non albo qui
dem fit, uerum non quouis non albo; sed uel nigro uel medijs.
ex medijs autem, ꝓpterea quoniam eorum quodlibet aliqua-
tenus nigro impertitur.

IIII Si igitur bonum, & bonum est, & nõ malum:
alterumque per se, per accidens alterum est (ac-
cidit nãque illi esse non malo) magis autem de
quolibet vera illa est quæ per se constat, erit &
falsa: si etiam vera. Quæ ergo non bonum esse
id retur quod bonum est, de eo quod per se inest
mentitur. quæ autem quod bonum est, malum
esse, de eo quod per accidens competit. qua de re
L magis falsa negationis quam contrarij fuerit opi
nio. Maxime vero is qui contraria opinione præ-
ditus est in quauis re mendax deprehẽditur. sunt
enim eorum contraria quæ in eadem re plurimũ
differunt. Itaque si contraria ex his altera est, ma
gis vero cõtraria est opinio negationis, patet hãc
fore contrariam.

Cum in tertio hoc argumento de eodem prædicata con-
traria, ut de aliquo bono tum ipsum bonum rursus, tum ma-
lum & affirmatiue & negatiue acceperit, ut quatuor proposi-
tiones ob id fiant, duæ uerę, altera q̃ bonum esse bonũ, altera q̃
bonum non malum esse ait, reliquæ falsæ, quas inter se quoq;
cõparare ꝓpositũ est, & q̃ bonũ non bonũ & q̃ bonũ malum
esse pronunciat, quod in falsis usu uenit ratiocinari experitur
ex eo quod in ueris conspicitur. Quoniam enim ex ueris inquit
M altera per se uera est, altera ex accidẽte, per se quidem illa quæ
bonum bonum esse, illa per accidens quæ bonum nõ malum
esse assentitur, propterea quod bonum non ipsa ponit ex sese,
sed oppositum duntaxat tollit. (cum enim magis proprie esset
locutus, si ueram esse propter aliud dixisset, per accidẽs dixit,)
siquidem non quouis perimendo quod præter bonum est, ha-
bet ut uerum perhibeat, sed ex eo quod cum certo illius hoste
dimicet. Pugnat uero cum ea quæ per se uera est, illa quæ bo-
num non esse bonum; cum uera autem per accidens, ut ipse
ait, illa quæ quod bonum est id malum esse confitetur. quæ au
tem per se ueram tollit, per se mentitur: & quæ per accidens
adimit ueram, mentitur per accidens. fallit enim per se ea quæ
quod bonum est esse inquit non bonum; fallit illa per accidẽs
quæ quod bonum est id malum esse ait. per se autem falsa mẽ-
dacior est quàm falsa ex accidente: quo pacto & per se uera, N
per accidens ueraci uerior est: utpote quæ ipsam rei prodat es-
sentiam. quæ uero mendacior est, à uera longius distat quàm
minus falsa. magisq; ob id illi aduersatur, magis ergo cum ue-
ra affirmatione confligit eius negatio quàm falsa affirmatio: id
quod propositum erat demonstrare. His igitur satis acute ad-
ductis, illud attentione dignum ducimus, putari ab hoc aucto-
re eam quæ malum inquit esse quod bonum est, falli propter
ea quod illam deleat quæ quòd est bonum, id non malum es-
se opinatur: eaque de causa per accidens conuincatur menda-
cii: perinde quasi propter eius abolitionem quæ per accidens
uera est, mentiatur. magis enim dicendum est, propterea quo-
niam quod bonum est id malum esse afferentem destruat, ue-
ram esse illam quæ id esse non malum iudicat: haud uero quo-
niam illam interimat quæ quod est bonum id esse inquit non
malum, falsam esse hanc quæ ipsum malum uult esse: uerum
per se atque in primis. Nam si de aliquo medio indiscretóque
propositiones id genus decernerent, per se uera negatio illa es- O
set quæ non malum esse idem statuit: falleretur autem affir-
matio quæ esse id malum dicit: quoniam non malum ipsum
esse dicentem subuertit. Nunc uero cum de bono fiat enuncia-
tio, per seipsam uidelicet ac propter seipsam, nõ propter aliam
falsa est ea quæ ipsum esse malum fatetur: ut quæ contrarium
illi proferat. Ergo neque magis contraria est opinio negatio-
nis: neque is qui hac præditus est opinione mendacior depre-
henditur: sed qui contrariæ affirmationi consentit. Summouet
enim id solum negatio quod est, in subiecto sincere prædica-
tum inesse. affirmatio præter quàm quod id agat, insuper &
contrarium illi attribuit. proinde ipsum neque pure neque im-
promiscue quoquam modo inesse subiecto concedit. Sic uero
de quouis etiam loqui consueuimus, si à bono seiungere ipsum
libeat, nempe non bonum esse non solum illum, uel bonum
non esse, sed plane etiam malum. Cæterum hæc quoque argu
mentatio cum afferere apertissime nitatur magis cõtrarię pri-
mæ oppositã affirmationi negationem esse, quàm affirmatio-
nem contrarij, finitionemq; contrariorum contradictionis op- P
positioni magis quàm contrarijs ipsis conuenire, constat stul-
tum omnino esse dicere ꝓpositum in his nequaquam esse ma
gis contrariam negationem affirmatione contraria, sed simpli-
citer oppositorum, non contrariorum sensu magis oppositam
esse demonstrare: ipsumq; id quod est esse oppositũ, magis ne
gationi congruere, ceu tollere affirmationẽ uolenti, quàm af-
firmationi contrariæ: quæ non aufert, uerum non secus ponit
ac prima affirmatio: cum nec huiusmodi quidquam præsefe-
rant auctoris uerba: sed quæ mentiatur magis, longiusque à
principali affirmatione absit: nec ullius compos rationis quæ-
stio sit. Neque enim quæsiuerit quispiam utrum inficiatio ma-
gis quàm affirmatio neget contrarij: neq; ubi quærimus quæ-
nam opposita magis sit, aliud quidquam indagamus quàm
quæ à prima sit remotior: si oppositorum significatio seditio-
nem quandam & pugnam eorum quæ opposita esse dicuntur
uel leuiorem ostendit uel contentiorem. Enimuero maior in-
ter species contrarias quàm in specie qualibet ab eo quod non Q
est ad id quod est patet dimẽsio. est enim in finibus terminisq;
spatium maximum: haud uero non termini est ad terminum.
Alioqui nãque genere diuersa, id quod in Metaphysica tradi-
tur, neque comparari inter se ualent, ut album uel calidum ho
minis; neque multo magis ei quod non est. Quo fit ut album in
ter ea quæ à non albo significantur, solis genere confinibus
comparari queat: ex ijs uero quæ genere conueniunt interual-
lum inter contraria prospicue latissimum sit. Quod si quis ip-
sum non ens enti magis dicat quàm ens enti oppositum esse
oportere, animaduertat is entium, qua simpliciter entia sunt,
ne mutuam quidem oppositionem quampiam esse; quemad-
modum nec colorum, qua sunt colores: ut disseritur in Phile-
bo. solumq; id repugnare, tametsi indefinite, non ens enti, non
quod est nullo modo: si quidem ineffabile atque inopinabile
est

A est illud: sed, ut demonstratum est in Sophista, quod per diuer
sitatem est non ens. quãquam ne hoc quidem re uera cum il-
lo contendit (qui enim id contendat quod nec cum illo recu-
sat coniungi?) immo uero circa ipsum omnino spectatur: ceu
cum ens simpliciter non id esse dicimus quod est motus: uel
quies: uel præter ipsum species alia: similiter nec illarum quã-
libet quod simpliciter ens est illud eẽ: cæterum illius comuni-
catione in entium numero censeri, sed uim significat diuersita-
tis in rebus omnibus dissipatam. Demum non de ea diuersita
te in præsentia nobis agitur qua simpliciter non ens à simplici
ter ente dirimitur. cui nec contrarium obstat, nec de quo præ-
ditum aliud quidpiam contrarietate prædicari idoneum est:
sed de oppositione illa tum contrariorum, tum infinitorum no
minum aut uerborum ad finita, quæ in particularibus inest en
tibus. Ex uocibus nãque simplicibus eas quæ cum negatiua
particula proferuntur, infinitorum nominum uerborũmque
infinitorum uocabulo nuncupamus: quoniam uere de quouis
prædicantur tum quod est, tum quod non est, eo dũtaxat exce
pto quod à finito indicatur. quapropter in negatiuis quoq; ora
B tionibus similia necesse est cõtingant. Verum ne digna quidẽ
memoratu forsitan sunt hæc friuola nugamenta: sed ad se-
quentia pergamus.

V Cæterum composita est ea quæ malum id es-
se quod bonum est putat. etenim necesse est
forsitan pariterue idem ipse non bonum esse ar-
bitretur.

Quartum breuibus expositum argumentum huiusmodi
sensum obtinet, Simplex ingit opinio est illa in qua aliud quid-
quam insuper intelligere nequaquam cogimur. non simplex
in qua & aliud quid opinari est necesse. Est ergo simplex opi-
nio quæ quod bonum est id esse bonum statuit: quo modo &
quæ ipsum non bonum esse suspicatur. haud enim aliam ne-
cesse est in earum utralibet opinionem quapiam inuehi. non
simplex uero illa est quæ malum id esse quod bonum est cre-
dit. nam & alia simul cum hac necesse est inferatur opinio, quę
C ipsum non esse bonum putet. Itaque si simplici opinio non cõ
posita, sed simplex opponenda est, negationem dicemus affir-
mationi oppositam: non affirmationem contrarij. Hæc uero
etiam solemus: dicemusq; ob id ipsum opinionem illam quæ
quod bonum est esse malum dicit, plurimum ab ea recessisse
quę ipsum bonum esse arbitratur: quoniam per non boni spa-
tium cõfecto itinere ad extremum peruenit. Est enim primus
à bono egressus, non bonum: extremus elapsus, malum quã-
obrem quæ hoc affirmat, pugnantius opposita est: ceu quę ne-
gationem quoque boni contineat. An uero etiam negatio cõ-
posita est boni. quippe necesse plane est ipsum non bonum, si
inter eaquæ sunt reponatur, aliud etiam quid sit, sed infinitum.
quocirca neque contrarium hac ratione fuerit. est enim unum
uni contrarium: & finitum finito. Porro isos aduerbium uel
pro/pariter/à Græcis adiectum est. eadem nãque intelligentia
quod bonum est, id & malum esse, & nõ bonum dicimus. uel
pro forsitan: ut hoc argumentum uerisimile quidem, non ta-
men necessarium esse ostendatur: primum sane, quoniam
D utrunque contrarium, ipsum per se spectabile, species uult sim
plex eẽ. dein quoniam si hanc/malum est id quod est bonum/
propterea quod/non bonum/introducat, complicatam existi-
met, erit hæc quoque composita quæ quod bonum est, id bo-
num esse inquit; quasi/non malum: inferat. Quod si quæ non
bonum esse ait non una ex ijs est propositionibus quæ inter se
conferuntur, nihil refert. Nam simplex compositumq; non re-
latione ad definitas quasdam propositiones, sed ad suam cu-
ius q̃; uim contemplamur.

VI Item si militer vel in alijs res sese habeat opor-
tet, recte hac quoque ratione dictum videbitur.
nam aut vbiq;, aut nusquam contradictionis re- E
pugnantiæ dabitur locus. Quibus aũt non extãt
cõtraria, falsa de his est ea q̃ verę aduersatur. uer
bi gratia falsus est qui non hominem illum qui
homo est esse existimat. Itaque si contrariæ nega
tiones hæ sunt, aliæ quoque illæ quæ sunt con-
tradictionis.

Perspicua quinti huiusce argumenti tum sententia, tum lo-
cutio est: quæ animaduertere nos iubet, utra ex collatis inui-
cem propositionibus utilis esse ad id queat ut uniuersali regu-
la una propositionem quampiam inuenias cum ꝓposita qua-
uis affirmatione decertantem: esseq; hanc illi proprie oppositã
dicas: ob idque decernentem contradictionis pugnam præsta
re. Facile est enim affirmationis omnis negationem inuenire,
quodcunq; in affirmatione prædicatum fuerit. fieri uero non
potest ut affirmationem contrarij deprehendas, nisi quod pre- F
dicatum in affirmatione est contrarium habeat. nanque huic/
Socrates est homo/ quænam contraria sit affirmatio? at hæc/
Socrates homo non est/ falsa negatio illam oppugnat uerum
afferentem. Quemadmodum igitur solam in his negationem
affirmationi aduersam esse confitemur, sic in ijs quoque in
quibus affirmationem inuenire contrarij licet, negationem eẽ
illam censet quæ maxime obnitatur. Dicendum est autem
ubi minus oppositio suppetit contrarij, nos uel sola priuationis
negationisq; oppositione esse contentos. in quibus autem con
trarij copia suppeditari etiam potest, in longius à seinuicem ab
esse contrarias affirmationes quàm negationem ab affirmatio
ne arbitrari. Porro ab initio nobis explicatum est, uideri ab ea
quæ nunc proditur disputatione, propter communitatem hãc
quæ uel in omnia porrigitur, oppositionem extolli sic contra-
dictionis: ut quæ cęteras non rerum solum comphensarum nu
mero, sed oppositionis quoq; exuperet uehementia.

Præterea simili modo sese boni habet opinio VII
bonum id esse: & non boni esse non bonum. ad G
has quoque boni non esse bonum: & bonum es-
se non boni. quæ nam igitur contraria fuerit
quod bonum non est id bonum non esse vere
opinãti? haud enim sane quæ malum esse arbi-
tratur: siquidem vera interdum esse. at vera est
nunquam veræ contraria. nam quoddam non
bonum malum est. quare simul veras esse con-
tingit. Neque ea rursus quæ non malum esse au-
tumat. quandoquidem vera hæc quoque est. si-
mul nãque esse & hæc possunt. Restat igitur vt
non boni opinio bonum id esse, contraria illi sit
quæ quod bonum non est non bonum esse id cẽ
set. est enim hæc falsa. Quapropter & quod bonũ H
est id bonum credit non esse, bonum esse quod
bonum est assentienti erit contraria.

Postremum hoc allatum ad problema nec confutatu faci-
lius est argumentum: quod adducitur hunc in modum. Con-
tradictiones has duas capit boni, alteram finito utentem sub-
iecto, alteram infinito/bonum est bonum: bonum non est bo
num; non bonum bonum est, non bonum bonum non est/
cẽsetq; non secus uerám affirmationem ad oppositam falsam
negationem sese habere, atque uera inficiatio ad oppositam
falsam affirmationem: idest ut hæc/non bonum non est bo-
num/ad illam habetur/non bonum bonum est, sic illam quo-
que/bonum est bonum/illi/bonum bonum non est/respondę
re. Deinde propositionibus ambabus eius cõtradictionis quæ

I malum de eodem prædicat ſubiecto ideſt non bono, nimi-
rum illis / non bonum malum eſt / & non bonum non eſt
malum / uera collata negatione, neutri ipſam illarum contra-
riam eſſe commonſtrat. ſiquidem in prauo habitu conſonans
eſt illi quæ quod bonum non eſt, id malum eſſe affirmat. non
malum autem eſſe quod non eſt bonum dicenti, tum in me-
dio, tum in neutrius ex ſui natura extremorum participe: ut la-
pide uel ligno. nãque in his & / non bonum / uerum eſt, & / non
malum /. fieri autem nequit ut contrariæ ſint quæ concordant:
quemadmodum nec uerum ſimul afferant quæ ſunt contra-
riæ: ut partim ex euidentia compertum eſt: partim ab ipſo ad
huiuſce finem tractatus probabitur. Ergo ſi opinioni quæ nõ
eſſe bonum quod bonũ non eſt uere fatetur, nec ea quæ quod
bonum non eſt, malum eſſe inquit, contraria eſt, nec quæ non
malum eſſe quod non bonum eſt dicit, uerum ſola contradi-
cens illi quæ bonum eſſe ait quod non eſt bonum, affirmatio-
ni quoq; bonum eſſe quod bonum eſt proferenti neque ea re-
K pugnat quæ malum id eẽ quod eſt bonum perhibet, nec quæ
quod bonum eſt eſſe non malum: ſed ſoli huic quoque erit
contraria quæ ipſi contradicit, bonumq; iudicat bonum non
eſſe. hoc autem fuit quod demonſtrare propoſuerat. Porro
ad hoc quoq; argumentum dicendum eſt, facile eſſe, quod bo
num non eſt, id non eſſe bonum pronuncianti, cum negatio
ſit, prædicatumq; ob id infinitum obtineat, propoſitionem re-
perire quæ per contradictionem repugnet: comperire autem
quæ contrarium aliquid affirmet, fieri nequaquam poſſe. nihil
nãque eſt contrarium infinito. ſiquidem contraria quæ ſunt,
ea ſpecies eſſe oportet maximo à ſe inuicem interuallo diſiun-
ctas. / non bonum autem / & / non album / priuationes quędam
nec ſpecies ſunt. itaque cum deeſt illa quæ affirmare eius con-
trarium poteſt, opponere contradictorie ipſi repugnantem ſo
lemus: At ei quæ bonum eſſe quod bonum eſt prodit, non
ſolum eius negationem, ſed contrarij quoque affirmationem
refragari quandoquidem & cum ipſo bono & albo, non bo-
L num & non album, ut cum habitibus priuationes: malum au-
tem & nigrum ut contraria conflictantur. Non igitur hæc
perinde ſeſe habet in omnibus quæ quod bonum non eſt non
eſſe bonum ad illam quæ bonũ eſſe quod non eſt bonum de-
clarat, atque ea quæ quod bonum eſt bonum eſſe ad illam
quæ non bonum eſſe quod eſt bonum decernit. ſiquidem
huic / non eſt bonum quod bonum non eſt / ſola eius oblucta-
tur affirmatio: reliquæ ſimul ueræ eſſe poſſunt. fieri uero ne-
quaquam poteſt, ut huic / eſt bonum quod bonum eſt / uerum
cum illa profiteatur / malum eſt quod eſt bonum. Cæterum
manifeſta ſunt auctoris uerba ex ijs quæ prodidimus: præter-
quam quod illud, { Eſt enim hæc falſa, } ſcribi etiam inquit
Alexander { Hæc enim eſt uera. } quod ti / eſt enim hæc fal-
ſa / ſcribatur, de illa dictum erit quæ bonum eſſe id memorat
quod bonum non eſt. ſin / hæc enim eſt uera / de illa quæ bo-
num non eſſe quod non bonum eſt retur: quam ueram quo-
que eſſe ante commonuit: perinde atque ſi diceret, hæc
enim falſa eſt nunquam. perſpicuum eſt autem priorem
M lectionem præſtare.

VIII Conſtat autem nihil relatum ire vel ſi vni-
uerſaliter affirmationem ponamus. nam con-
traria erit vniuerſalis negatio: vt opinioni o-
mne quodcunque fuerit bonum, id eſſe bo-
num putanti, ea quæ nullum ex bonis bo-
num eſſe exiſtimat. Nam quæ bonum eſſe bo-
num ſentit, ſi vniuerſaliter intelligat bonum, ea-
dem eſt illi quæ quodcunque bonum fuerit, id
bonum eſſe opinat. at hoc nihil differt ab eo qd
inquit, omne quodcunque ſit bonum, id bonum
eſſe. Similiter & in non bono. N

Cum in ſingularibus uniuerſalibusq; propoſitionibus in-
ſpectionem ſe propoſiti problematis facturum eſſe pollicitus
ab initio fuiſſet, deinde in nullo argumento propoſitionem
comprehendiſſet quę pręfinitionem quampiam uniuerſalem,
ſed horum loco articulos in græca oratione haberet, adeo ut
rationem in ſolis impræfinitis propoſitionibus ob id meditari
uideretur, per hæc addit, ſingulares articulos qui ſubiectis uni-
uerſalibus in propoſitionibus iunguntur, uniuerſalis affirma-
tiuæ præfinitionis facultate eſſe præditos. Non enim, ut non-
nulli autumant, ſermo in impræfinitis propoſitionibus ante
eſt habitus. nunc uero ineptum nequaquam fore oſtendit ſi
eadem & in uniuerſalibus dicantur. Omnino nãque nec Ari-
ſtotelis de impræfinitis propoſitionibus ſententiæ conſenta-
neum eſt, magis contrariam negationem in ijs eſſe affirmatio-
ni quàm affirmationem contrarij dicere: quo modo neque in
particularibus: ſiquidem & impræfinitas perinde ac particu- O
lares cenſet inter ſe eſſe ſimul ueras. ueram autem ueræ, hoc
nimirum quod ad libri finem ab eo dicendum eſt, contrariam
eſſe neque opinionem, neque enunciationem licet. Proinde
& in ſolis ſingularibus uniuerſalibusq; uniuerſaliter propoſi-
tionibus ab initio uiſus eſt, conſiderationem theorematis pro-
poſuiſſe: quarum aliæ ſibi contradicunt mutuo: aliæ cum fal-
ſum ſimul proferant, ob id ipſum contrariæ uocantur. paulo
poſt autem contradictoriæ quoque uniuerſalium aduerſus
particulares oppoſitionis meminerit. nuſquam uero mentio-
nem aut indefinitarum faciet aut particulariũ, ceu contrarie-
tatem quampiam inter ſe obtinentium. Hoc itaque eſſe quod
dicere uelit in præſentia, nempe ſingulares articulos, ut expli-
catum eſt / omnis / præfinitioni pares eſſe facultate, declarat
ipſe probationis modus / quo in uniuerſalibus quoque uniuer-
ſaliter propoſitionibus eadẽ conuenire ijs oſtendit quæ in ha-
bentibus articulos prodita ſunt ſubiectis uniuerſalibus adiun- P
ctos. Idem enim eẽ inquit apud Græcos to agathon ideſt bo-
num eſſe bonum, & quodcunque bonum fuerit, bonum eſſe.
quod neq; ab uniuerſali quidquã differre, ęd eſt omne bonum
eſſe bonum, ſuſpicari quis ualeat. Quocirca illorum quoque
uſu receptum eſt, ut in quibus omni ſubiecto prædicatum in-
eſt, cum articulo ſubiectum proferant: idẽmque ſe dicere uni
uerſali exiſtiment: haud uero etiam in quibus non omni. di-
cunt enim, ho anthropos ideſt homo animal eſt, aut bipes. non
tamen ho anthropos albus, eſt aut iuſtus. Cæterum memi-
niſſe ea conuenit quæ nos de his antea diſſeruimus, à præfini-
tione inquam / omnis / repræſentari illorum multitudinem quę
ſub uniuerſale ſubiectum referuntur. à ſingulari autem articu-
lo unam ipſius naturam à multitudine profectam. Ex duali-
bus autem articulis, pluralibusq;, ſiquid de ijs quoq; dicẽdum
eſt, habent ab / omnis / præfinitione duales perſpicuam diffe-
rentiam. neque enim de ſolis duobus prædicatur / omnis / ne-
que illi dici de pluribus ualent. procemiúmque tractationis de
Cœlo huiuſce rei cauſam docebit. Quoniam uero plurales ar Q
ticuli nihil poteſtate differre ab eo uidentur, ut mortalis eſt om
nis homo, & mortales hoc anthropoc ſunt. ideſt homines diſcer
nere hos quoque fortaſſe poterimus, ſi in quibus / omnis / ue-
rum eſt, in ijs pluralem quoque articulum plane uerum fore
affirmemus. Nãque illi / omnis mortalis / hoc uidelicet / om-
nes mortales / idem ſignificat, in hoc uero hoc Grœcorum ar-
ticulus neceſſe eſt poteſtate comprehendatur, quo fit ut / om-
nes / quoque omiſſa præfinitione, uerum ſit is aſſerturus qui
hoc anthropœ hoc eſt homines dicit mortales. Non tamen
reciprocabit ratio, ut uelimus ubi pluralibus articulis profere-
dis uerum nunciamus, ibi / omnis / quoque dicenda præfinitio-
ne protinus uerum fateri. Vult enim hæc prætermiſſum nihil
ex ijs facere quæ ſub uniuerſali continentur. ueri autem aſſer-
torem eſſe pluralem articulum arbitramur, uel ſi ſolum in plu
rimis prædicatum uerum ſit. Magis igitur uerum eum eſſe

A concedimus qui, quaſi hoc articulo ſubſtantiuis ſingulis ad-
dito, ſapientes dicat ſunt Athenienſes: Lacedæmonij to-
lerantes: calui Myconij: quàm ille qui / omnes / præfinitionẽ
horum ſingulis apponit. Ac demum ſi præter articulum
proferenda etiam præfinitione, enunciationem fieri duci-
mus plane communem, neque illam fruſtra addimus, non
ſtatim ergo à pronunciato ſolo articulo, ſub communi con
cipi uniuerſa cenſemus. Quare nec apud Homerum Iupi-
ter ſimpliciter Græcos in prælium educere Agamennoni
per ſomnum iuſſit: ſed aduerbium illud / paſſydie hoc eſt
cum omni exercitu / adiecit. quod cum minus ille animad-
uertiſſet, ſibi ipſe auctor extitit ut ſpe fruſtaretur. & Demo-
ſthenes cum precibus petere ſe à Dijs deabũſque dixiſſet
/ omnibus / ſubdidit: cum abſolutiorem omnis numinis cõ-
prehenſionem additione illa fieri poſſe exiſtimaret. Sed ad
rem redeamus: dicamusq; ſiue finitus ſiue infinitus ſubie-
ctus ſit uniuerſalis, iunctum illi ſingularem articulum uni-
uerſalis præfinitionis uim habiturum. iccirco ipſe quoque
illud adiecit. { Similiter & in non bono. } Quibus uer-
B bis, aut in his etiam inquit infinito ſubiecto præditis propo-
ſitionibus præcipua, in contradicentibus propoſitionibus,
quæ ſunt / eſt bonum quod bonum non eſt, & bonum non
eſt quod non eſt bonum / pugna ſpectatur. Nam, ut ante
proditum eſt, non poteſt affirmatio contrarij cum harum
uera decertare. nihilq; magis argumenta cætera quadra-
bunt omnia finitum ſubiectum quàm infinitum habenti-
bus: ſiue præfinitiones uniuerſales ſubiecti, ſiue articulum
harum loco obtineãt, non enim nobis de ſubiectorum, ſed
prædicatorum differentia tractatur. Aut ſi propius etiam
ſpectes, poſſe argumentum ſextum ait uel in ijs proficere
propoſitionibus quæ præfinitiones ibidem uniuerſales ob-
tinent: ut ante in his oſtendebatur quæ articulos præfinitio-
num loco haberent, ratione colligere quidem ſtatuentibus
nobis, hanc / omne bonum, bonum eſt / huic magis, / nullum
bonum eſt bonum / quàm illi / omne bonum malum eſt / re-
pugnare. ad huiuſce uero probationem ſumentibus, ut hæc
ſeſe / nullum non bonum, bonum eſt / uera negatio ad il-
C lam / omne non bonum, bonum eſt / falſam affirmationem
habet, ita quæ omne bonum eſſe bonum affirmatio præ-
dicat uera, ad falſam illam habere negationem quæ nul-
lum bonum eſſe bonum dicit. demonſtrantibusq; cum hac
/ nullum non bonum bonum eſt / neque illam quæ nullum
non bonum eſſe malum pronunciat, totam præliari: neque
eam quæ nullum non bonum non malum eſſe conſentit.
(falſa enim tota harum neutra, ſed quadamtenus utraque
eſt,) ſolam autem hanc ipſi eſſe contrariam / omne non bo-
num bonum eſt /. quoniam & altera tota uera eſt: altera to-
ta mentitur. atque ob id cenſentibus huic etiam / omne bo-
num eſt bonum / ſolam proprie contrariam illam / nullum
bonum bonum eſt / negationem eſſe: uerum non affirma-
tionem contrarij, quæ malum eſſe id quod bonum eſt, uni-
uerſum ſtatuit. Enimuero quæ aduerſus hæc quoque pro-
ferre oporteat dilucet. nãq; hæc / omne bonum eſt malum /
tum ex ſe tota mendax eſt: tum per ſeipſam totam cum il-
la / omne bonum bonum eſt / pugnat potiſſimum. Potior
D tamen habenda eſt prior expoſitio: ut quæ hanc quoque in
ſeipſa comprehendat.

IX Quocirca ſi ſic habet res in opinione, quæ
autem voce proferuntur affirmationes nega-
tionesque ſigna ſunt eorum quæ animo con-
cipiuntur, patet affirmationi quoque negatio-
nem, quæ vniuerſaliter de eodem fertur, eſſe
contrariam: vt huic quæ omne bonum eſſe bo-
num, vel omnem hominẽ bonum eſſe, illam
quæ nullum bonum eſſe dicit, vel nullum ho- E
minem. contradictorie vero oppoſitam quæ
non omne eſſe, vel non omnem.

Cum enunciationes quæ pronunciatiua oratione expri-
muntur conferre inuicem, quo modo expoſitum eſt, ab
initio conſtituiſſet, ſeſe ad opiniones recepit: cenſuitq; in his
meditandum eſſe theorema: ceu quæ principij rationem
ad prolatitias propoſitiones habeant. Itaque cum quod ſe
tanquam uerum pollicitus fuerat demonſtraturum, id in
opinionibus ſubducta ratione collegerit, uult eadem & in
propoſitionibus dictione conſiſtentibus conuenire: atque
contrarie uniuerſalem negationem uniuerſali affirmatio-
ni, particularem uniuerſali contradictorie eſſe oppoſitam.
harum autem utrãq; oppoſitionum pugna contrariarum in
ter ſe affirmationum uehementiorem eſſe.

F
Illud vero etiam liquet, fieri nequaquam X
poſſe, vt vera veræ contraria neque opinio
neque contradictio ſit. Nam contrariæ qui-
dem eæ ſunt quæ circa oppoſita uerſantur.
at eundem circa eadem verum eſſe con-
tingit. minime autem licet ſimul in eodem
ineſie contraria.

Cum hoc in ſexta argumentatione tanquam manifeſ-
tum uſurpauerit, ſimul uerum afferentes opiniones propo
ſitionesq; non eſſe contrarias, ipſum hoc in præſentia, quã-
quam euidens ſit, per ſecundam figuram aſſerit, his aſcitis
ſumptionibus, quæ ſimul uerum profitentur opiniones
propoſitionesque ſimul in eodem eſſe ueras (hoc nãque eſt
ſimul uerum profiteri) contraria uero ſimul in eodem uera
eſſe nequaquam poſſe. colligitq;, ueri ſimul conſcias opi- G
niones ac propoſitiones non eſſe contrarias. Negatiuam
autem propoſitionem præparatoria ratiocinatione confir-
mat, (ſic enim proſyllogiſmum interpreter) quam in prima
texit figura. medioq; utitur termino, haud quaquam fieri
poſſe ut oppoſitis contraria oppoſita uera ſimul in eodem
ſint. itaque concedi nullo pacto, ut uerum ſimul dicant
contraria. Ipſe uero tum maiorem propoſitionem præpa-
ratoriæ ratiocinationis propter breuitatem omiſit, tum
principalis problematis concluſionem. hæc igitur uis eſt
probationis. Quod autem ad uerba attinet, illud { Neque
contradictiõ, } perinde eſt ac ſi dixiſſet, neque propoſitio
ex qua contradictio oritur: hoc eſt neutiquam fieri ut quæ
in uero conſentiunt, contradictionem uel in animo inditis
uel in uoce pronunciatis, ut uocant, orationibus pariant.
Illud quoque, { Nam contrariæ quidem eæ ſunt quæ cir-
ca oppoſita uerſantur, } in Græca oratione ſic pote ha-
bente, ἐναντίαι μὲν γὰρ αἱ περὶ τὰ ἀντικείμενα mi- H
nus congrue dictum uidetur. quippe ſubiecto ideſt con-
trarijs addito articulo conſentaneum erat αἱ ἐναντίαι μὲν
γὰρ περὶ τὰ ἀντικείμενα dicere. Quod autem ſequitur,
{ At eundem circa eadem uerum eſſe contingit, } affir-
matiua propoſitio eſt ſyllogiſmi, ſignificátque per hoc
/ circa eadem uerum eſſe / quomodo ſimul ueræ eſſe
id genus propoſitiones dicantur: nimirum eo quod
circa eadem concurrant. intelligit autem ſubiecta com-
munia propoſitionum earum quæ ſimul uerum perhi-
bentur fateri. Per uerbum autem] / contingit / modum
declarat in his poſitæ ueritatis, hoc eſt uerum dicere &
non dicere poſſe propoſitiones [illas quæ eodem utun-
tur ſubiecto. quæ uero non ex materia, ſed ex ipſa pro-

positionum ui simul uerum exponunt, ut impræfinitæ particularésque, necesse plane esse ut eodem hæ subiecto utantur, atque eodem tempore uerum decernant. Postremo illud, {Minime autem licet simul in eodem inesse contraria,} conclusio quidem præparatoriæ uult esse ratiocinationis: re autem uera conclusionis continet causam. Nam conclusio uera hæc est, ut simul uera contraria sint fieri nullo modo posse. quo autem minus apta sint uero inter se enunciando, id esse in causa quod eidem simul inesse illa minime liceat.

Finis Ammonij Hermeæ Commentationum in Aristotelis Librum de Interpretatione.

SERIES CHARTARVM.

A B C D E F G H I K. *Omnes Duerniones.*
K/ *vero Ternio.*

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE ZARAGOZA

Venetijs apud Hieronymum Scotum.
MDXLVI.